

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Rabani Mauri Archiepiscopi Maguntini de institutione
clericorum, opusculum aureum ...**

Hrabanus <Maurus>

Phorce, 1504

VD16 H 5270

[urn:nbn:de:bsz:31-373546](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-373546)

42

A 1109
RH

199

257^a
-



RH

42 A 1009

RH

1941 nr 926

[*Krabanus Maurus, Maguntinus*]

Krabani Mauri

Archiepiscopi Maguntini,

De Institutione clericorum,

opusculum

aureum.

Ad Lectorem Vdalricus Carinthus.

Egressus nuper varias sum iussus in oras
Sancta salutiferę signa referre Crucis.
Clericulis modo iura fero, hinc si quisq; sacerdos
Es, facias que sapit iste liber.

Georgius Symler.

Non hic vel Salios Martis Faunive Lupercos
Inuenies, Christi sed sacramenta tui.

(1584)

Hendecasyllabō in Rabani Mauri institutiōes. Vdal-
rici Carinthi, pro lectoribus.

Quis sit queritis ille quem videtis
Lectores. iuuat hoc referre vobis.
Rabanus vocor. huc venite. adeste
Omnes vndiq; q̄tquot estis. oro
Saltē si fuerit nihil molestum.
Et nostrum legite hunc nouū libellum
Non sane illepidum neq; inuenustum.
Ex quo perspicue haurietis. omnes
Cleri delicias. decus q; honorem. et
Quicqd uel fidei decet ministrum.
Nemo hinc spernere. nec putare parui
Debet. ne ^{VELESTIS} citet furorem.
Pœne. quare sapistis. hanc caute.
Omnes interea valete. abite.
Quis sim queritis ecce nunc videtis.

42 A 1109. RH



26

Vdab
Georgius Symler Lectoribus foelicitatem.

Cogitādo iam olim in eo ipso fui ingenue lector. quos
nam pacto efficerē. ne clericuli quidā nostrī tēporis.
(non sine sua graui iactura) tam perditē tempus abstu-
merent. atq; idipm poetę nobilis & sapientis in mediū
profari. liberū cuiq; cum veritate foret clericulo.

Non mea magnanimo depugnat tessera talo

Senio nec nostrum cū cane quassat ebur

Hęc mihi charta nuces. hęc est mihi charta fritillus

Alea nec dānum. nec facit ista lucrum.

Et vt antiqs spectatiōibus iesse (sua opinōe) vim et lit-
teraturā si non anīaduenterent. saltem paruulę cuiđā
lectiōi aliquid operę impenderēt. non tam propense
pyrgo iminentes. Alea quadam festiua & honesta lu-
sitarēt ne i numerę suffecti videāt q; Baptista memit
cui pio cognomētū est in Rudēte Plauti. Tales (iquit)
sacerdotes esse dnt. qui sicuti tēpli sunt antistites. ita
pbitatū sint p̄sides Nūc meri sunt gulones. cuppes
dię. ganeiq; voraginibus impliciti et mulierositatis. vt
cū illos videas vultū & palliū videre possis. sacerdotē
desideres. ijs pulchellis coma gradatim scāsilis. omnes
valgijs osculis. calceos follicantes respuūt. colobia in-
dignant. manuleatas tunicas appetūt. pētis & incastris
gatis oculis. quos cū videas. non presbyteros censeas
sed procos. & quibus in solo viuendi causa palato est.
verbis Aristideis. opibus Sardanapalicis. vt id verum
sit sacerdotium orbi religionē aduexisse & abstulisse.
Recolligant tandem mentē & Apollinaris id aureum
dictū memorię teneant. Nam sacerdotis pater filiusq;
pontificis. nisi sanctus est. rubo similis efficit. quem de
rosis natū rosasq; parientem. & genitis gignentibusq;
floribus mediū pūgentibus cōparanda pētis dumorę
vallat aspitas. hęc pius. Enixe igit cōsuluimus qui ista

viii q i
qui ep̄
tum

sectari nō desinūt, vti quā celerrime ociosi redderent
ocio inquā Attiliano vt est apud Pliniū nepotē, quod
ociarī satius est q̄ nihil agere, vtz ad eam rem insti-
tutionū Rabani authoris testatissimi lectō ancillare ē,
qualem clericus quisq̄, si se crassa (vt aiūt) nō dedecet
Minerua in obstruso esse sinet neq̄q̄. Curauimus inq̄
ad cōmunē omnīū pmouendorum vsum, impressiōnī
cōmittere hęc pauca regularia, pmittentia ad res ses-
quentes aditū instructiorē, tamq̄ epitoma & p̄mptus
ariū quoddā racōnū de rebus ecclesiasticis, qd̄ author
decreti Gracianus legendo minime neglexit per totā
quartam distīctionem de consecratiōe, edituri deinceps
si hęc placuisse cognouerius, deo optio maximo
annuēte, Vualafriđi & ipsas egregias institutiones &
fortasse regularia Basilij, doctoris in ecclesia nra non
minus eruditi atq̄ antiqui simul ac sancti, qbus tēpus
fallere nostro quo professores rerum ecclesiasticarum
queatis, de quibus racōnē reddere plurimi in seipsis
noscitandis nihil laborātes nequeūt, Assumite itaq̄ p̄
foribus vestris opientes & sedētes libellos, qui vltro
occurrūt vt doceāt quid pontifex, quid vncio, & indu-
menta eius conferentes, intra sacrarium cordis vri
quorum memisse pretiū est operę vos qui clericatū
adipiscimī, ne si ista negligētes et vtcūq̄ forte maiora
quocq̄ non conferentes perinde sitis atq̄ hīj, quorum
(vt poeta inquit) Gaudeat aduersis femia virq̄ malis,
Valete.

vii q i
licet

RABANI MAVRIMAGVNTINENSIS ECCLE-
SIAE ARCHIEPISCOPI. IN LIBRVM DE IN-
STITVTIONE CLERICORVM PRAEFATIO.

Dño reuerendissimo ac religiosissimo Haistulpho
Archiepiscopo. Rabanus minimus seruatorū dei eter nā
in Christo optat S.

Vm te sancte pater. pro merito summe pietatis
c plurimi venerentur. & om̄ibus fidelibus causa
magne fidei et sane doctrine. honorabilis atq̄
amabilis existas. cōgruū esse iudicauī. vt ego in quem
plim tuorū bñficiorū contulisti. munusculum aliquod.
licet nō cōdignū. tamē vt credo nō ingrātū. tuę vene-
rationi deferrē. nihil verens de precio. quia animus in
volūtate diues. magis estimat deuotionē offerētis quā
donū. Et hac fiducia. ausus sum partē laboris mei. quā
in studio sacre lectionis elaborauī. ubi quē benignissī-
mū atq̄ equissimū esse scio. iure muneris dirigere. vt a
te q̄lecūq̄ sit recipetur. ac tuo iudicio p̄bare. atq̄ ad
purū examinaret. Proinde obsecro te sancte pater. vt
oblatū tibi opus suscipias. ac pie relegēs. diligēt illud
examines. & illi quę in eo ratiōabilis inueneris. dicata
ei hęc tribuas. a quo est om̄is ratio creata. Si qua vero
inconsiderate repis. plata. tuo studio citius reddas illa
emēdata. et sic credo legētibus erunt utilia. Tuo enī
magisterio semp me libens subdā. a quo recordor me
accepisse dignitatē ecclesiasticā. Confido tñ oīpotentis
dei gratię. quia fidem et sensum catholicū in omnibus
tenere. nec p̄ me quasi ex me ea ptuli. sed autoritati
innitens maiorī. per omnia illoꝝ vestigia sum locutus.
Cyprianū dico atq̄ Hilariū. Ambrosium Hieronymū
Augustinum. Gregorium Chrysostomum Damasum
Cassiodorum atq̄ Isidorū. & ceteros nōnullos. quorū
dicta alicubi in ipso opere. ita ut ab eis scripta sunt pro
conuenientia posui. alicubi quoq̄ illoꝝ sensum meis

verbis ppter breuitatē opis strictim enūciaui. In dūm
vero ubi necesse fuit scd'm exēplar eorū q̄ndā sensum
solūmodo ptuli. in omnibus tūc. mihi nisi fallor. catho
licam imitatus veritatem. a qua (si dñs adiuerit) non
patior vllō modo diuelli. quā & te p̄ oībus habere atq̄
amare confido. Et ideo tua suffragia supplex peto. vt
ipsa veritas oīm creatrix & gubernatrix. licet nō meis
meritis. tamē ppter tuā sacratissimā orationē. me in se
sine vllō deuio erroris in eternū cōseruare dignetur.
Beatitudinem tuam opto semper valere in omnibus
sancte pater. memorem nostrī.

Incipit Registrum Capitulorum.

- | | |
|---------|---|
| Primum. | De vna dei ecclesia catholica. |
| II. | De tribus ordinibus ecclesie. |
| III. | De tonsura clericorum. |
| III. | De gradibus ecclesiasticis. |
| V. | De ordine tripartito episcoporum. |
| VI. | De Presbyteris. |
| VII. | De Diaconibus. |
| VIII. | De Subdiaconibus. |
| IX. | De Acolythis. |
| X. | De Exorcistis. |
| XI. | De lectoribus. ac psalmistis. |
| XII. | De Hostiarijs. |
| XIII. | Quos oporteat ad sacrū ordinē accedere. |
| XIII. | De Suphumerali. (re. et quo ordine |
| XV. | De Tunica linea. |
| XVI. | De Cingulo. |
| XVII. | De phanone. |
| XVIII. | De Orario. |
| XIX. | De dalmatica |
| XX. | De Casula. |

XXI.	De Sandalijs
XXII.	De Pallio.
XXIII.	De Sacramentis ecclesię.
XXIII.	De Baptismi sacramento.
XXV.	De Cathecuminis.
XXVI.	De Catheciçandi ordine.
XXVII.	De Tinctione baptismi. & vnctione chrismatis.
XXVIII.	De indumento baptiçati et Eucharistia.
XXVIII.	De Impositiõe manus episcopi, & chris- matis Sacramento.
XXX.	De sacramẽto corpis et sanguis dñi.
XXXI.	De officio missę.
XXXII.	De ordine missę.
XXXIII.	De Missa.
XXXIII.	De orõnibus atq; officijs horarum Ca-
XXXV.	De matutina. (nonicaz.
XXXVI.	De prima hora.
XXXVII.	De Tercia hora.
XXXVIII.	De Sexta hora.
XXXIX.	De Nona hora.
XL.	De Vespertina hora.
XLI.	De Completorio.
XLII.	De Nocturnis vigiliarum.
XLIII.	De ceteris legitimis orationibus.
XLIII.	De peculiaribus orationibus.
XLV.	De quadripartita specie orationum.
XLVI.	De εξομολογησι. exomologesi idest con-
XLVII.	De Letanijs. (fessione.
XLVIII.	De Ieiunio.
XLVIII.	Quid sit inter Ieiuniũ & stationem.
L.	De Quadragesimali ieiunio.
LI.	De Ieiunio Pentecostes.

a iiij

LII.	De Ieiunio ante natalem dñi. et ceteris legitimis ieiunijs.
LIII.	De Ieiunio quattuor sabbatorum.
LIII.	De Ieiunijs priuatis.
LV.	De Biduanis siue triduanis.
LVI.	De esu carniū & potionē vini.
LVII.	De Eleemosynarum differentia.
LVIII.	De Pœnitentia.
LVIII.	De Satisfactione.
LX.	De Natiuitate domini.
LXI.	De Epiphania.
LXII.	De Purificatione.
LXIII.	De Septuagesima. Sexagesima. Quinquagesima & Quadragesima.
LXIII.	De die palmarum
LXV.	De Cena domini.
LXVI.	De Parasceue.
LXVII.	De Sabbato sancto pasche.
LXVIII.	De Pascha domini.
LXIX.	De Ascensione domini.
LXX.	De Pentecoste.
LXXI.	De die dominico.
LXXII.	De Festiuitatibus sanctorum.
LXXIII.	De Encenijs
LXXIII.	De Cantico.
LXXV.	De Psalmis.
LXXVI.	De Hymnis.
LXXVII.	De Antiphonis.
LXXVIII.	De Respõsorijs.
LXXVIII.	De Lectionibus.
LXXX.	De Sacrificijs pro defunctis.
LXXXI.	De Libris testamentorum.
LXXXII.	De Benedictionibus.
LXXXIII.	De Symbolo.
LXXXIII.	De Fide.

Incipit liber Rabani Mauri. De Institutione clericorū.

DE VNA ECCLESIA CATHOLICA. Ca. I.

Cclesia ergo dicif catholica, que p totū orbē
dilatata diffundif, Christi nomis nobilitate
e glorificatur. Omnis enim homo, qui recte
innitit fidei, existit particeps, & sacro bap-
tismate regenerat, a Christo christianus vocat & dei
patris atq; ecclesie matris noscitur esse filius. εκκλησια;
Ecclesia grecū est, que in latinū vertit cōuocatio siue
cōuētus. eo qd omēs ad se cōuocat, καθολικος, Catho-
lica aut dicif idest vnīuersalis, quia in toto mundo vna
est ecclesia Christi, que et sponsa et corpus eius est.

DE TRIBVS ORDINIBVS ECCLESIE. Ca. II.

Vnt tres ordines in ecclesia. Cōuersantiū idest
s laicorū monachorū & clericorū. Quorū primus
idest laicus ordo popularis interpretat. λαος,
Laos enī grece, pplus latine dicitur. Secūdus est Mo-
nachalis idest singularit conuersans, hoc est a seculari
cōuersatiōe motus. μονος. Monos enī grece singularis
tas dicitur & μοναχος. Monachus singularis vel solis
tarius dicit. Tercius est ordo clericalis, κληρος. Cleros
quispe grece, latine fors vel hereditas dicit. ppterea
dicti sunt clerici, quia de sorte sunt domi, vel quia ad
dñm partē habent. Vnde oportet vt qui dñi heredita-
tem possidēt, absq; vllō impedimēto seculi, deo seruire
studeant, doceantq; pplm dei, omnia precepta eius, &
offerant deo dona & sacrificia, pro sua & populi igno-
rantia, & iudicēt int iustum & iniustum, inter sanctum
et pphanū, inter pollutum & mundum.

DE TONSVRA CLERICORVM. Ca. III.

t Onsurę ecclesiasticis vsus ab aplis itroductus
est, et hī qui in diuinis cultibus mācipati dño

cōsecrantur quasi naçarei idest sancti dei crine preciso
innouentur. Est autē in clericis tonsura signum quod in
corpore figuratur, sed in animo agitur, scilicet vt hoc
signo in religione vicia rescentur, & crinibus carnis
nrę quasi crinibus exuamur, atq; inde innouatis sensu
sibus, vt comis rudibus enitescamus. Ferūt qdā docto
rum hūc ritum Petrum ap̄ostolū primū sumpsisse, vt
formā et similitudinē Christi in capite testaretur dū pro
redēptione nr̄a Crucis patibulū subiret, ac a nefanda
Iudeorū gente acutis spinarū aculeis crudeliter corona
retur, Deinde vt sacerdotes veteris testamenti, tōsura
& habitu discernentur.

DE GRADIBVS ECCLESIASTICIS. Ca. III.

VNT autē gradus ecclesiastici nouē. Quorū
s nomina sunt. Hostiarius, Psalmista siue lector
Exorcista, Acolytus, Subdiaconus, Diaconus,
Presbyter atq; Episcopus. Inicium quidē sacerdotum
Aaron fuit in veteri testamento, Melchisedech prior
obtulit sacrificiū & primo ante hūc Abraam, Isaac &
Iacob Legit et noe edificasse altare, et sup̄ illd̄ dño ho
locaustū obtulisse. Sed isti sp̄otanea volūtate, nō sacer
dotali authoritate ista fecerūt. In nouo autē testamento
post Christū sacerdotalis ordo a Petro cōp̄it, ipsi enī
primum datus est pontificatus in ecclesia Christi. Hic
iḡit ligādi atq; soluendi causam potestātē primus ac
cepit, primusq; ad fidem pplm̄ virtute suę p̄dicationis
adduxit. Porro, quia Episcopus nō ab vno sed a cūctis
cōp̄uincialibus Episcopis ordinatur, id p̄pter hereses
noscitur institutū, ne aliquid cōtra fidem ecclesie, tyrā
nica authoritas moliretur. Huic autē dum consecratur
datur baculus, vt eius iudicio subditam plebem regat
vel infirmitates infirmorū sustineat. Datur et annulus
pp̄ signū pontificalis honoris, vel signaculm̄ secretorū

DE ORDINE TRIPERTITO EPISCOPORVM.

Rdo enim Episcopoz tripertitus est. (Ca. V.
o idest in Patriarchis, Archiepiscopis, qui et metropolitani sunt, & in Episcopis. πατριάρχος. Patriarcha gręca lingua pater principii siue summus p̄m interpretat̄. non quod sūmo honore fungitur, tali nomie censet̄. sicut Romanus, Anthiochenus, Alexandrinus. ἀρχιεπίσκοπος. Archiep̄s gręco vocabulo dicitur q̄ sit sūmus vel princeps episcopoz. Tenet enī vicem ap̄licam, & p̄sident ep̄is ceteris. Metropolitanus aut̄ idem vocatur, eo quod p̄sident illi ciuitati, que p̄ ceteris ciuitatibus in eadē puincia cōstitutis q̄dā mō mater sit μητρόπολις metropolis .n. gręce mater ciuitatis interpretat̄. Episcopi aut̄ vocabulū inde dictū, q̄d ille qui p̄ficitur, semp̄ superintendat. ἐπίσκοπος. Episcopi enī gręce, latine speculatores interpretant̄, siue sup̄intendētes. Antistes autē idem dictus est, eo quod ante stet, primus enī est in ordine ecclesie, et supra se nullū habet sacerdotem. Pontifex princeps sacerdotū est, q̄si via sequentiū, ipse est sūmus sacerdos, ipse pot̄tifex summus vocat̄. Sacerdos q̄dem nomen cōpositū est ex gręco & latino quasi sacrū dans. Dispensat ergo mysteria cęlestia fidelibus, baptismū tradit, corpus & sāguinē Christi distribuit, et verbū dei p̄dicat, chorepi qui vicarij sūt ep̄oz ad exēplū senioz septuagita cōstituti sūt, nec aliquid eis licet in ecclesia ordinare aut constituere, nisi quantum eis conceditur a legitimis eoz ep̄is. Dicti sūt aut̄ chorepiscopi, q̄a de choro sunt

DE PRESBYTERIS.

Ca. VI
Resbyteroz ordo, exordiū sūpsit a filijs Aarō
p Qui enī sacerdotes in veteri testamēto vocabant̄ hi sūt q̄ nūc appellat̄ p̄sbyteri. πρεσβύτερος Presbyter, .n. gręce, latie senior interpretat̄, nō p̄ etate at̄ v̄l decrepita senectute, sed p̄pter honorē et dignitatē

et doctrinā sapiētię quā q̄ acceperūt presbiteri nōināt
Ideo aut̄ presbiteri sacerdotes vocantur. quia sacrum
dant sicut Episcopi idest in cōfessione diuini corporis
& sanguinis. & in baptismatis mīstratiōe. & in officio
p̄dicandī. sed licet sint sacerdotes tamē pontificatus
apicem non habent. quia nec chrismate fontē signant.
nec sp̄ritum paracletum dant.

DE DIACONIBVS.

Ca. VII.

Euītę ex noīe authoris vocati. De nomie Leui
I leuītę sunt. a quibus in tēplo dei mystici sacra-
menti mysteria explebant. Hī gręce . ΔΙΑΚΟΝΕΣ
Diacones latine mīstri dicūtur. quia sicut in sacerdote
cōsecratō. ita in diacono mīsterij dispensatio habetur.
Hī in veteri testamento excubabant in tabernaculo
testimonij ad p̄cepta Aaron. & ad cūcta opa taberna-
culi. In nouo aut̄ testamēto Apostoli septem diacones
p̄pter sacramenta eiusdem numeri ordinauerunt. ad
mīsteriū sacrū & ad officiū altaris. Baptizare modo eis
corā episcopis siue presbiteris licitū est. ceterū aut̄ nō
licet. Quicq; p̄pterea albis induti assistūt. vt hic admo-
niti celestem vitam habeant. candidiq; ad hostias &
immaculati accedant.

DE SVBDIACONIBVS.

Ca. VIII.

ypodiacones. ὑποδιακονες. gręce. quos nos
h Subdiacones dicimus. Qui ideo sic appellant.
quia subiacēt p̄ceptis & officijs leuitaz. obla-
tiones in templo dei a fidelibus ipsi suscipiūt. et leuitis
supponēdis altaribus deferūt. Hī apud Hębreos Na-
thinnei idest in humilitate seruientes. De quibus qdē
placuit patribus vt quia sacra mysteria cōtrectāt. casti
& cōtinentes ab vxoribus sint. et omni carnali imun-
dicia liberi. Hī ergo cū ordinātur. nō suscipiūt manus

impositionē. sicut sacerdos & leuite. sed patenā tantū
ac calicem de manu episcopi. & ab archidiacono ciphū
aque cum aqua. manile & manutergium.

DE ACOLYTHIS.

Ca. IX.

a Colythi. ἀκολυθῖ. gręce Ceroferarij dicuntur
a deportandis Cereis. q̄ndo legendū est Euan-
geliū. ac sacrificiū offerendū. tūc enī accendūt
luminaria ab eis. & deportant. nō ad effugandū tene-
bras. dū sol eo tpe rutilet. sed ad signū leticie demon-
strandū. quorū typū preferēbant illi. qui in tabernaclo
lucernas quotidiē accendebāt. sup cādelabrū positas.

DE EXORCISTIS.

Ca. X.

e Xorciste. ἐξορκιστῆ. in gręco. in latinū adiuran-
tes siue increpantes vocātur. Inuocāt enī super
catecūminos & sup eos qui spiritum habent
immundū. nomē dñi Iesu. adiurātes per eū. vt egredi-
atur ab eis. Refert Iosephus Salomonem excogitasse.
suamq; gentē docuisse modos exorcismi idest adiura-
tionis. qbus imūdi spiritus expulsi ab homine vltērius
reverti nō sunt ausi. Quos Hefdras actores memorat
templi. eos nūc esse exorcistas in ecclesia dei. Hī enim
ordinant cū accipiūt de manu ep̄i libellū. in quo scrip-
ti sunt exorcismi. dicente eis ep̄scopo. Accipite & cō-
mendate memorię. & habete potestatem imponēdi
manus super energūminos. siue catecūminos. vt im-
peretis immūdis spiritibus & abiiciatis.

DE LECTORIBVS ET PSALMISTIS. Ca. XI.

l Ectores a legendo. psalmistę a psalmis canēdis
vocant. illi enī prędicāt poplīs conuenient. isti
canūt vt excitēt ad cōpunctionē aios audiētū.
Lectorū ergo ordo formā & iniciū a pphetis sumpsit.
isti quippe dū ordinant. primū de eorū conuersatione

b

episcopus verbum facit ad pplm. deinde coram plebe tradit eis quod die codicē apicū diuinorū. ad dei verbum annūciandū. Psalmistarū idest cantorum princeps siue author fuit David & Asaph. isti enī post Moysen psalmos primū cōposuere & cātauere. psalmistam autē & voce & arte p̄clarū illustrēq; esse oportet. ita ut oblectamento dulcedinis animos incitet auditorum.

DE HOSTIARIIS.

Ca. XII.

h Ostiarij sunt. qui et Aeditui & ianitores in lege dicebantur. Hī apud Hēbreos in veteri testamēto electi sunt ad custodiā templi. Dicit autē hostiarij quod p̄sint hostijs templi. Ipsi enī tenentes clauem. oīa intus ex vtraq; parte custodiunt. atq; inter bonos et malos habentes iudicium. fideles recipiunt infideles respuunt.

QVOS OPORTET AD SACRVM ORDINEM ACCEDERE. ET QVO TEMPORE. Ca. XIII.

c Anones et decreta Zosymi papę decernūt ut clericus q; ad sacre ordinē accedit. in lectores siue exorcistas. quinq; annos exoluat. exinde Acolythus vel subdiaconus. quattuor annis. ad benedictionem quoq; diaconus non minoris etatis quam viginti quinq; annoꝝ accedat. in quo ordine. quinq; annis expletis. ad presbyteratus honorem p̄moueri poterit. non tamen ante tricesimum annū.

DE SVPERHVMERALI.

Ca. XIII.

p Rimū ergo eorum indumentū est. Ephor bat. quod interpretat̄ superhumeralē lineū. quod signat mūdiciam bonorum operū. quia quisq; ad sacerdotium. magisteriūq; populi dei p̄mouendus est. primū debēt opera agnosci. vt hoc foris quod omnibus patet irrep̄hensibile appareat cōuenient̄ ex tpe

et integritas cordis eius, et fidei sinceritas scrutetur.

DE TVNICA LINEA. Ca. XV.

Ecundum est linea tunica quę gręce, ποδινησ.
s poderis. latine talaris dicitur, eo quod talos vsq̃
descendat. Cum enī constet lino vel bisso con-
tinentiā vel castitatem signari, strictam habent lineam
sacerdotes, cum ppositum continētię studiose conser-
uant, hęc & talos vsq̃ descendet, quia vsq̃ ad finem
vitę huius bonis operibus sacerdos insistere debet.

DE CINGVLO. Ca. XVI.

Ercium vestimentū est cingulū siue baltheum,
t quo vtuntur ne tunica ipsa defluat, & gre ssum
impediat, hoc munire custodiā mentis signat
Qui enim tunica talari indutus, absq̃ cingulo incedit,
defluit tunica, ac relicto corpore, ventis & frigoribus
intrandī spaciū tribuit, quin et p̃peditis gressibus ince-
dendī vsū retardat, vel etiā calcātibus se causa efficiē
ruinę. Ergo lineas induūt sacerdotes, vt castitatē habe-
ant, accinguntur baltheis, ne ipsa castitas sit remissa &
negligens, ne vento elatiōis animū p̃flandī aditū p̃adat
ne crescēte inigtate, refrigerescere faciat caritatē ip̃orę

DE PHANONE. Ca. XVII.

Vartū vero Mappula siue mantile, sacerdotis
q indumentum est, quod vulgo phanonē vocāt,
signans strennuitatem, ob hoc eorū tunc ma-
nibus tenētur, quando missę officiū agitur, vt paratos
ad ministeriū mensę domini populos cōstituat, Opor-
tet ergo sacerdotes & ministros altaris, mappulas ma-
nibus tenere, q̃do officiū est diuina sacramēta cōficere
vt cū deuotiōi mentis opus sp̃ōtaneū cōcordat, digne
b ij

exerceat officium, quod pie diuino munere est collatum.

DE ORARIO.

Ca. XVIII.

Vintū quoq; est quod orarium dicitur. licet hoc
q quidam stolam vocēt. Hoc ergo genus vestis.
solūmodo eiusmōi psonis vti cōcessū est. qbus
p̄dicandi officium est delegatū. Apte ergo oratoribus
Christi orarium cōuenit. & circa collū suū siml' et pectus
tegit sacer dotis. vt inde istruat. quia quicq; ore pfert
tractu sūme rationis attēdat. vt illud apostoli ipeatur.
psallā spiritu psallā et mēte. orabo spū orabo et mente.

DE DALMATICA.

Ca. XIX.

Extū namq; est quod Dalmatica dicitur. Hęc
s vestis in modū Crucis est facta. & passiōis dñi
indiciū est. habet quoq; et purpureos tramites
ipsa tunica a sūmo vsq; ad ima. ante et retro descendē-
tes. nec nō & p vtrāq; manicā vt admoneat mīster dñi.
per habitus sui speciem. cuius muneris particeps est.
vt cum per mysticā oblationem. passiōis dominicę cō-
mēorationē agit ip̄e in eo fiat hostia deo acceptabilis.

DE CASVLA.

Ca. XX.

Eptimū sacerdotale indumentum quod casula
s vocat. Dicta est autē p diminutionē a Casa qd
totū hominē tegat. quasi minor casa. hęc greci
πλανητικῶν. planetā nomināt. Hęc sup̄mū oīm indus-
mentorū est. & cętera omnia interius per suū munimē
tegit et seruat. Hanc ergo vestē possumus intelligere
charitatē quę cūctis virtutibus sup̄minet. & eorum
decorē suo tutamie ptegit & illustrat. Nec enī vllius
iam erit splendor virtutū. si non eas charitatis irradiat
uerit fulgor. quod ostendit apostolus dicēs. Si linguis
hominū loquar & angelorum &c. De hoc itaq; spūali

vestimēto virtutum. Colosensibus ita scripsit. Induite
inquit vos sicut electi dei sancti & dilecti. viscera mi-
sericordię, benignitatem, modestiam, patientiā, Super
oia hęc charitatē habentes, qđ est vinculū pfectionis.

DE SANDALIIS:

Ca. XXI.

i Nduunt quoq; sacerdotes sandalijs siue soleis
pedes, quod genus calciamenti, euāgelica au-
thoritate eis est cōcessum, quia hoc calciamē-
tum mysticam significationē habet, vt pes neq; te-
ctus sit, neq; nudus ad terram, idest vt nec occultet euā-
gelium, nec terrenis comodis innitatur. Sicut ergo sanda-
lia partem pedis tegūt, partem inopertam relinquunt
ita et euangelici doctores, partim euangelium operire
partim aperire debent, ita videlicet, vt fidelis & deuotus,
sufficiētē habeat doctrinam, et infidelis et contē-
ptor, non inueniat blasphemandi materiam.

DE PALLIO.

Ca. XXII.

s Vper hęc autem omnia, summo pontifici (qui
archiepiscopus vocatur), ppter apostolicā vicē
palli honor decernitur, quod genus indumētū
Crucis signaculum purpureo colore exprimit, vt ipso
indutus pontifex a tergo & pectore Crucem habeat,
suaq; mente pie & digne de passione redemptoris cogi-
tet, ac populo pro quo deum deprecatur, redēptiōis
sue signaculum demonstrat. Condecet quoq; bene vt
ipsa apostolica dignitas, apostolicum virum faciat, vt
plena deuotione, sano sermone & digna operatione
possit dicere cum apostolo, Mihi autem absit gloriari,
nisi in Cruce domini nostri Iesu Christi,

DE SACRAMENTIS ECCLESIAE, Ca. XXIII.

s Vnt autem sacramenta ecclesię, Baptismū &
Chrisma, corpus & sanguis, quę ob id sacra-
b iij

menta dicuntur. quia ex tegimēto corporaliū rerū vir-
tus diuina secretius salutē eorūdem sacramētorū opat
vñ et a secretis virtutibus vel sacris. sacramēta dicunt.
que ideo fructuose penes ecclesiā fiunt. quia sanctus
in ea manēs spiritus. eorundem sacramētorū latenter
operat effectū. vnde seu per bonos siue p malos mini-
stros intra ecclesiā dei dispensent. nec bonorū meritis
dispēsatorū amplificāt hęc dona. nec malorū attenuāt.

DE BAPTISMI SACRAMENTO. Ca. XXIII.

Rimū autē sacramētorū est Baptismus. & an-
p teq̄ sacro chrismate vngat aliquis. ac corpis et
sanguinis Christi particeps existat. sacra rege-
neratiōe purgari debet. ac deinde ad cetera rite acce-
dere. βαπτισμα. Baptisma gręce. latine tinctio inter-
p̄-
tatur. que non tantū ob hoc q̄ homo in aquā mergit̄
tinctio dicitur. sed quia spūs gratię ibi ī melius incitat.
et longe aliud quā erat efficit. cuius mīsteriū nō aliter
nisi sub trinitatis designatiōe. i. patris & filij et spiritus
sancti cognitiōe cōpletur. dicente dño ad apostolos.
Ite docete oēs gentes. baptizātes eos. in nomie patris
& filij & spiritus sancti. Sicut enī in tribus testibus stat
omē verbū. ita sacramētū cōfirmat ternarius nume-
rus nominum diuinorū. Prius enim debet baptizādus
fide incarnatiōis Christi instrui. & sic ad baptismū iam
credulus admitti. vt sciat cuius gratię in eo est p̄iceps
tunc iam debitor fiat deinceps.

DE CATHECVMINIS.

Ca. XXV.

Athecuminus aut dicitur p eo quod adhuc
c doctrinam fidei audit. nec dum tamē baptis-
mum recepit. Nam. καθεκουμινος. Cathecu-
minus gręce. latine auditor interpretatur.
Cathecuminus idest audiens nominatur. s. vt verum

agnoscens dominū. relinquat varios errores idolorū.
Post Cathecuminos autē sequens gradus est compe-
tentū. Competentes autē sunt. qui iam post doctrinā
fidei. post continentīā vitę. ad gratiā Christi percipiē-
dam festinant. Ideoq; appellantur competentes idest
gratiam Christi petentes. Nam Cathecumini tantum
audiunt. nec dum petunt. Sunt enim quasi hospites &
vicini fidelium. de foris audiūt mysteria. audiunt gra-
tiam. sed ad huc non appellant fideles. Competentes
autem iam petunt. iam accipiunt. iam cathecizantur
idest imbuuntur instructione fidei & sacramētorū. istis
enī traditur salutare symbolū. quasi cōmonitoriū fidei
& sanctę cōfessionis indicīū. quo instructi agnoscant.
quales iam ad gratiam Christi se exhibere debeant.

DE CATHEZISANDI ORDINE. Ca. XXVI.

Athezizandī enī ordo est hic. primū iterrogat
c paganus si abrenūciat diabolo. et oībus dam-
nolis eius operibus atq; fallacibus pompis. de
inde apostolicę fidei ostendit ei symbolū. et exquirīt
ab eo si credat in deū p̄m oīpotentē. et in Iesū Chris-
tū filiū eius vnicū dñm nostrū. et in spiritū sanctū vni-
cū dñm in trinitate et vnitate si con fiteatur vnā esse
sanctā ecclesiā catholicā et si credat remissionē p̄c̄torū
et carnis resurrectionē. Et postq; se p cōfessionē alteri
us fidei in alterius cōmendauerit dñiū et p abrenūci-
ationē a prioris possessoris se alienauerit seruicio. ex-
sufflat ab eo seua potestas. vt p piū sacerdotis ministe-
rium. spiritū sancto cedat. fugiet spiritus malignus.
signaturq; ipse homo signaculo sanctę Crucis. tam in
fronte quam in corde. vt ipse diabolus in vase suo pri-
stino. suę interemptionis cognoscens signum. sciat id
sibi esse alienum. & exinde iam dicuntur super eum.
orationes vt fiat cathecuminus. Tunc datur ei sal bez
b iij

nedictum. vt per sal typicum . sapientie sale conditus .
fetore careat iniquitatis. & ne a vermibus peccatorum
vltra putrefiat. sed magis illesus seruetur. ad maiorem
graciam percipiendam . Dehinc iterum exorcizatur
diabolus vt suam nequitiam agnoscens. & iustum sup
se iudicium dei timens discedat . Postea tanguntur ei
nares & aures cum salua. & dicit ei. Effeta. quod est
adaperire . hoc enim sacramentum hic agitur . vt per
salua typicam sacerdotis & tactum sapientia et virtus
diuina. salutem eiusdem cathecumini ogetur . vt appe-
riantur ei nares ad percipiendum odorem noticie dei.
vt apperiantur illi & aures. ad audiendum mandata dei.
sensuq; intimo cordis reponendum . Deinde sacerdo-
tali benedictione munitur . vt ad sacrum baptismum cum
fide accepta custodiat. vnguetur illius tunc pectus
de oleo sanctificato cum inuocatione sancte trinitatis.
vt nullę reliquie latentis inimici in eo resideant . sed in
fide sancte trinitatis mens eius confortetur. vnguetur
& inter scapulas de eodem oleo. vt vndiq; muniatur.
& ad bona opera facienda. per dei gratiam roboret.

DE TINCTIONE BAPTISMI ET VNCTIONE .

Ca. XXVII

p Ost hec ergo consecretur fons. vt ad ipsum bap-
tismum cathecuminus accedat. & sic in nomine
sancte trinitatis trina submersione baptizetur
Et recte homo qui ad imaginem sancte trinitatis conditus
est. et per inuocationem sancte trinitatis ad eandem reuocatur
imaginem. et qui tercio gradu peccati id est consensu ce-
cidit in mortem. tercio eleuatus de fonte per gratiam resur-
gat ad vitam. Potest et hec trina immersio triduanam sepul-
turam significare. Oportet igitur cum inuocatione sancte
trinitatis. sub trina mersione baptismum confici . vt &
secundum vnitatem substantie . vnum baptisma fiat.
Postquam autem baptizatus ascenderit de fonte. statim

signat in cerebro a presbytero cū sacro chrismate se-
quēte simul et oratiōe, vt regni Christi particeps fiat,
et a Christo christianus possit vocari.

DE INDUMENTO BAPTIZATI ET CHRIS-
MATE. Ca. XXVIII.

Ost baptismū ergo tradit christiano vestis cā-
p dida, q̄d signat innocētā et puritatē christianā,
quā post ablutas veteres maculas studio sc̄tē
cōuersatiōis imaculatā seruare de bet. ad presentandā
ante tribunal Christi. Cuncti vero renati albis induūt
vestibus, ad mysteriū resurgētis ecclesie futurę vt unī
albis vestibus, quorū primę natiuitatis infantia vetusti
erroris pānus fuscauerat, habitus sc̄dę regeneratiōis
glorie p̄ferat indumentū, Tegitur enim post sacram
vnctiōne caput eius mystico velamine, vt intelligat se
diadematis regni & sacerdotalis dignitatis portitorē,
Deinde corpore et sanguine dñico omne p̄cedens
sacramentū in eo cōfirmat, quia hoc ideo accipere de-
bet, vt deū habere in se mereatur habitatorē, et illius
sit capitis mēbrū qui passus est et resurrexit p̄ nobis.

31 DE IMPOSITIONE MANVS EPISCOPI, XXIX

Ouissime autē a sūmo sacerdote p̄ impositionē
n manus paracletus tradit illi spiritus, vt robo-
retur per spiritū factū ad p̄dicandū alijs idem
donum quod ipse in baptisate consecutus est et per
gratiā vitę donatus est eterne, Signatur .n. baptisatus
cū chrismate per sacerdotē in capitis sūmitate, per pō-
tificē vero in fronte, vt in priore vnctiōne significetur
spiritus sancti super ip̄m descensio ad habitationē deo
cōsecrandam, In secunda q̄q̄ et eiusdem spiritus sancti
septiformis gratie cū omni plenitudine sc̄ctitatis et sc̄ie
et virtutis venire in hominē declarat, χρισμα, Chrisma
gręce, latine vnctio siue vnguentū nomiatur, Ex cuius

nomie & Christus dicitur. & ex ipso homo p lauacrū
sanctificatur. Nam sicut in baptifmate p̄cōrū remiffio
datur ad veniam. ita per vnctionem sanctificatio facti
sp̄ritus adhibetur ad gloriam.

DE SACRAMENTO CORPORIS ET SANG-
VINIS DOMINI. Ca. XXX.

Ed quia de duobus sacramētis. idest baptifmo
s & chrifmate supra differuimus. nunc de reliqs
duobus idest corpe & fanguine dñi. etiam nūc
q̄ntum dñs annuerit pandamus. Maluit enī dominus
corporis & fanguinis sui sacramenta fidelīū ore p̄cipi.
& in partum eorū redigi. vt p̄ visibile opus. inuisibilis
ostenderet effectus. Sicut enī cibus materialis forin-
secus nutrit corpus et vegetat. ita etiā verbū dei intus
animam nutrit & roborat. quia non in solo pane viuūt
homo. sed in omni verbo quod p̄cedit de ore dei. Ait
ergo ipsa veritas. Caro enī mea vere est cibus. & fang-
uis meus vere est potus. vere scilicet caro Christi est
cibus. quia vere pascit. et ad eternā vitā hominē nutrit
Et fanguis eius vere est potus. quia esurientē et sitiē-
tem animā iusti. in eternū veracit̄ satiat. Temporalem
quippe vitā. sine isto cibo & potu habere possunt ho-
mines. eternū omīno nō possūt. qa iste cibus et potus
eternā satietatē capitis mēbrorūq; suorū signat. Qua-
p̄pter necesse habemus sumere corpus et sanguinem
eius. vt in ipso maneāus. & eius corpis membra simus
Sacramētum autē quod ore p̄cipit in alimentū corpis
redigit. virtute autē eius sacramēti eterna vita adipiscit̄
Sed tñ ipsius sacramēti tāta est dignitas. & tāta pot̄na.
vt quicūq; illud indigne p̄ceperit. magis sibi dānationē
q̄ salutē acgrat. Probet autē seipm homo. et sic de pane
illo edat. et d' calice bibat. qcūq; enī māducauerit & bi-
berit indigne. reus erit corpis et fanguis dñi. et sibi iuz-
diciū māducat et bibit. nō diuidcās corpus dñi quicūq;

ergo ad mēsam dñi vbi agni imaculati & incōtaminati
caro maectatur. & vbi veneranda mysteria passionis &
resurrectionis eius a fidelibus celebrant. plenus dolo
atq; malicia accedit. et aut odij. aut iuidie. aut auaricie
aut luxurie facibus accensus. corpus dñi accipere non
metuit. verendū est. ne vbi vitā accipe debuit iudiciū
damnatiōis inueniat. & magis incitetur ad pœnā quā
retrahatur ad veniā. Scriptū est enī de Iuda proditore.
qui malignus ad mēsam dñi accessit. et sacri conuiuij
particeps esse nō timuit. q̄ post bucellā statim intro
isset in illū sathanas. Qui ergo insidijs mente conditis.
qui p̄cordijs aliq̄ scelere pollutis. mysteriorū Christi
oblatiōibus sacris dei participare nō metuit. ille in ex
emplum Iudę filiū hominis tradit. ille dñm vendit. qui
eius timore atq; amore neglecto. terrena p̄ illo et ca
duca. imo etiā criminosa diligere & curare cōuincitur
In sacramento vero vinū et aqua mixtū offerri debet.
hoc & lauacrū prestat et potū. Neutrū ergo eorū sine
altero in sacrificio debet offerri. nec vinū sine aq̄. nec
aqua sine vino. quia & nos in Christo. et Christum in
nobis manere oportet. In aqua videmus pplm itelligi.
in vino vero ostēdi sanguinē Christi. Quod autem in
calice aqua vino miscet. Christo populus adunatur. &
credentiū plebs ei in quē credit copulat et iūgit. Que
copulatio aque & vini sic misceatur in calice dñi ut cō
mixtio illa ab inuicē separari nō possit. sicut nec eccle
siam a Christo oportet diuidi.

DE OFFICIO MISSE. Ca. XXXI.

Officio missę sacramēta corporis et sanguinis
d Christi cōficiunt. p̄ima licet sint genera. tamē
ipsum precipue. quod in sacris diuinisq; rebus
habetur. officij nomine censebitur esse nuncupandū.
(Quia quanto maioris dignitatis est ipsa res.

tanto paratiore. & p̄mptiore ipsius ministerij querit effectū. Sacrificiū quasi sacre factum. quia p̄ce mystica cōsecratur in memoriā p̄ nobis dñice passiōis. vnde hoc eo iubēte corpus Christi & sanguinē dicimus. qd dū sic ex fructibus terre sc̄tificat̄. & fit sacramentū. op̄ate inuisibiliter spū dei. Cuius panis & calicis sacramentū gr̄eci. εὐχαριστία. Eucharistian dicunt. quod lat̄e bona gratia interp̄tatur. Missa autē legatio est inter deum & homines. cuius legatiōis officio fungitur sacerdos. cū populī vota p̄ preces & supplicatiōes ad deū offert Et bene hoc t̄p̄e fit sacrificiū. quando ipsius passiōis memoriā celebrat̄. qui semetip̄m obtulit patri. p̄ nobis

DE ORDINE MISSE. Ca. XXXII.

Rimū enī in celebratione missę. ad introitum p̄ sacerdotis ad altare antiphona cantat̄ a clero vt audiatur sonitus q̄n ingrediatur sanctuariū in cōspectu domini. per tintinabulorū sonitū ingressus innotuit pontificis. bene igit̄ ingressus sacerdotis. cōcrepantibus choris auditur modulamiē diuinę laudis vt domice celebrationis mysteria. ministroꝝ pie p̄cedat consonātia. corpis & sanguis Christi venerabile sacramentū antecedit digne laudis sacrificiū. Namq̄ χορος. Chorus est multitudo ī sacris collecta. et dictus chorus q̄ in inīcio in modū coronę circū aras starēt & ita pfallerent. Alij chorū dixerunt a concordia. quę in charitate cōsistit. siue de cōtinentia soni. Cū autē multichorus vocatur. ἁντιφωνη. antiphona gr̄ece vox reciproca. ex duobus sc̄licet choris alternati pfallētibus dicitur. Post introitū autē sacerdotis ad altare letanīę agantur a clero. vt generalis oratio specialē p̄ueniat sacerdotis. subsequit̄ aut̄ oratio sacerdotis. & pacifica primū salutatione populum salutans. pacis responsū ab illo accipiat. vt vera concordia & charitatis pura

deuotio facilius postulata impleret ab eo qui corda
inspicit. & interna diiudicat. Tunc lector legit lectione
canonicam. ut animus auditorum constructus ad cetera
intentioni assurgat. Post hanc igitur cantor dicit respo-
sorium. ut ad compunctionem prouocet. & leues anios
audientium faciat. Responsorius ergo cantus inde dicitur.
quia alio desinente illud alter respondeat. In ter respo-
soria quoque & antiphonas hoc differt. quod in respo-
sorijs unus dicat uersum. in antiphonis autem alternant
uersus chori. Antiphonas greci. responsoria uero Itali
dicuntur inuenisse. Responsorium enim cantum quidam
gradale uocant. eo quod iuxta gradus pulpiti cantant.
Post responsoium cantatur alleluia. scilicet ut ad ce-
lestia mentem populus subleuet. & ad diuinam com-
plationem erigat. Alleluia enim duorum uerborum
interpretatio est. hoc est laus dei. & est hebreum. Ia-
enim de decem nomibus quibus apud hebreos deus
uocatur unum est. Similiter et Amen hebreum est. quia
ad omnem sacerdotis orationem seu benedictionem.
respondet populus fidelium. amen. in latino uere. seu
fideliter. seu fiat. Hec tamen duo uerba. i. amē & alle-
luia. nec grecis nec latinis nec barbaris licet in suam
linguam omnino transferre. vel aliam linguam annunciare.
Ioannes spiritu reuelante. se uidisse & audisse uocem
caelestis exercitus dicentium amen. alleluia. dicit. ac per
hoc sic oportet in terris utraq; dici. sicut in celo resonat
Deinde a diacono cum summa autoritate in auribus
populi recitatur euangelium. ut ipsius ibidem audiat
doctrina. ad quem feruet intentio sua. ipsiusque uirtus
intelligatur per euangelium. cuius tunc corporis sacro-
sanctum celebratur mysterium. Post hec oblationes
offeruntur a populo. & offertorium cantatur a clero.
quia ex ipsa causa uocabulum sumpsit. quasi offerentium.
Immittiturque super altare corporalis pallium. quod signa

lintheū quo corpus saluatoris inuolutū est. Quod ex
lino puro textum esse debet. & non ex serico vel pur-
pura. neq; ex panno tincto. quia in euangelio legitur.
Sindone munda inuolutū est corpus saluatoris. ponūt
quoq; tunc vasa sancta. quod est calix cū patena super
altare. quia quodammodo dominici sepulchri typum
habent. quia sicut tunc corpus Christi aromatibus in
sepulchro nouo. per piorum officium cōdiebatur. ita
modo in ecclesia mysticū corpus illius. cum vnguentis
sacre orationis conditū in vasis sacris. ad percipiendū
fidelibus. per sacerdotū officium administrat. Postea
cantatur missa a sacerdote. qui postquam loquitur ad
populum. de eleuatione cordis ad dominum. exhor-
taturq; eos. ad gratias agendas domino. laudibus os
implet. rogarq; ut ipse omnipotens deus pater. cui de-
seruiunt celestes potestates sua gratia. illorū vocibus
iubeat humanas associare cōfessiones. quam depreca-
tionem mox subsequitur laus ex angelicis & humāis
cantibus confecta. Sanctus. sanctus. sanctus. dominus
deus sabaoth. Pleni sunt celi & terra gloria tua &c.
Dehinc iam consecratio corporis & sanguinis dñi fit.
et deprecatio valida ad deum. inter que & oratio do-
minica decantatur. Postquam enī ad comēdandum &
ad percipiendum corpus puentum est. pacis osculum
sibi inuicem tradunt. cantantes. Agnus dei. qui tollis
peccata mundi miserere nobis. vt pacifici sacramentū
pficientes. in filiorū dei numero remissis. electis omī-
bus mereantur computari. Post cōmunionem igitur
& post eiusdem nominis canticum. benedictionis a sa-
cerdote ad plebē. diaconus predicat officium missę esse
pactū. dans licentiā abeūdi. Istū ergo ordinē ab apłis et
apłicis viris traditū. Romana tenet ecclesia. et p totum
pene occidentē. oēs ecclesię eandem traditionē seruāt
De sacris ordinibus. et sacramentis. et officio missę
dicta sufficiant.

a Nastasius natiōe Romanus. ex patre Maximo
 ut legi in gestis episcopalibus. hic constituit.
 vt quiescūq; sancta recitarēt euāgelia. sacerdos
 res et reliquū vulgus nō sederēt. sed starēt. De iude ora-
 tionem p suis proprijs delictis & plebis remissione. vt
 dignus sit accedere ad altare. et ad tactū oblatarū. ne
 fiat illi qd factū est bethsaimitis qui temere arcam dñi
 tangebāt. Susceptis oblatiōibus reuertit̃ sacerdos ad
 altare. et lauat manus suas. et extergit ab actu cōmu-
 niū manuū. atq; terreno pane sacerdos facit de oblata
 duas cruces iuxta calicem. vt doceat. Christum depo-
 situm esse de cruce. pro duobus populis crucifixum.
 Eleuatō sacerdotis et diaconi corpis et sanguinis chris-
 ti. eleuatōem eius ad crucē insinuat. p totius mundi
 salute. Pannus extēsus sup altare. corpus dñi mōstrat.
 extensum in cruce. et sup eo corpus et sanguis domi-
 cōsecra. quod nos māducamus. aqua et vinū in calice
 mōstrāt sacramēta. quę de latere dñi in cruce fluxerūt
 quibus nos notati sumus. Immissō panis in vinū. varie
 apud qsdam habetur. et agitur. Itali q; primo mittūt
 de sancto pane in calicem. et postea dicūt. pax domini.
 aliq; vero referuāt imissionē. vsq; dū pax celebrata sit
 et fractiō panis. Romani vero cū dicūt. pax domini sit
 semp vobiscū. mittūt corpus domini in calicem. oblate
 particule. ipsum corpus nobis ante oculos ostendit. qd
 pro nobis est crucifixū. Ideo vero tangit quattuor latera
 calicis. quia p illud. hūanū genus p quattuor climata
 mūdi ad vnitatē vnus corporis coniūgit. et ad pacem
 ecclesie catholice et apostolice producit. talibus nanq;
 verbis mittit in calicem corpus domini. Fiat cōmixtiō
 corpis et sanguinis dñi accipientibus nobis. ad salutē
 mentis & corporis in vitam eternam. tunc populus

facit pacem. & ostendat quod nos membra eius sumus. qui pro nobis crucifixus est & resurrexit. facta pace sacerdos rumpat oblatam. ex latere dextro una particula relicta super altari. et reliquas oblationes ponat in patenam. tenente eam diacono. Per particulam oblate immixta in calicem ostendit Christi corpus. quod iam resurrexit a mortuis. Per comestam a sacerdote & populo. quod post resurrectionem ad huc cum discipulis ambulans in terra. & se ipsum viuum prebens. per relicta in altari. insinuat eum iacere in sepulchro. et a discipulis in passione derelictum. Queritur in quo loco inchoatur officium missae. et si forte ad totum officium non occurrerit. ubi presentare debeat in inicio missae. Nobis uidetur missam uocari ab eo loco. ubi incipit sacerdos sacrificium deo offerre. usque ad ultimam benedictionem qua clamante Leuita. dicit. Ite missa est.

DE OFFICIIS ATQVE ORATIONIBVS HORARVM CANONICARVM. Ca. XXXIII.

officium igitur missae maxima ex parte ad solum o pertinet sacerdotem. cui sacrificandi data est licentia. et ueneranda mysteria consecrare. Sed quia istud pro sui reuerentia & dignitate. primo loco positum est. de ceteris officiis diurnalium siue nocturnalium horarum. quibus certis spaciouiter terminis preces et orationes generaliter sine differentia uniuersae domino deo offerre debent ecclesiae. consequenter exponamus. Oratio enim petitio dicitur. Constat autem oratio loco et tempore. Ille ergo in omni loco orat deum. qui per charitatis officia et bona opera ubique. manus cordis mudas eleuare ad deum satagit. Tempore autem quae canonicas horas ad orandum a patribus constitutas. incessanter feruat ecclesia. quas quasi pro debito exorandi officio statutas. nullomodo negligere fas est. ut sunt. Prima. tertia. sexta. nona. uespera et cetera quae similiter obseruantur. Be

nedicere enī dñm in omni tempore. est semper illum
digna cōuerfatione laudare. & sine intermissiōe orare
etiā omīa in dei gloriā agere. Supradictę enī horę ideo
specialiter ad orandū distributę sunt. vt si forte fuerius
aliquo opere detēti. ipsum nos ad officiū tps admone
at. quę tēpora in scripturis diuinis p̄stituta inueniunt.

DE MATVTINA: Ca. XXXV.

Rimū enī de matutinorum antiquitate Dauid
p̄pheta testis est dicēs. Deus deus meus. ad te
de luce vigilo. Diluculo autē p̄inde oratur. vt
resurrectio Christi celebretur. & matutina hora Chris
tus a morte resurgens. populū suū saluans. diabolum
& satellites eius ęterna captiuitate damnauit. Matutina
enī luce radiante. dñs & saluator noster ab inferis re
surrexit. quādo cōepit lux oriri fidelibus. quę moriēte
Christo occiderat. peccatoribus siquidem & eodem tpe
cunctis spes futurę resurrectionis credit. cum iusti &
omnes ab hac temporalī morte. quasi a sopore somni
resurgentes euigilabunt.

DE PRIMA HORA. Ca. XXXVI.

Rimę autē horę celebratio fit p̄inde in exortu
p̄ diei. q̄ Sol ab oriente apparet. Oportet vt solē
iustitię oriri nobis postulēus. vt in illius lumie
ambulantes. peccatorum tenebras. & laqueos mortis
euadamus. Iuxta illud. quod ipsa veritas nos admonet
dicens. Ambulate dum lucem habetis. & qui ambula
uerit in die non offendit.

DE TERTIA HORA. Ca. XXXVII.

Ercię horę officium deo fit. quia terciā hora
t Christi passio cōepit cum per iudeorum lin
guas iam tunc domū crucifixus est. et post
c ij

resurrectionē eius in die pentecostes. tertia hora spūs
scūs sup apostolos descēdit. suo itaq; loco & numero
ad pbationē venerabilis trinitatis. spiritus paraclētus
descēdit ad terras. impleturus grām q̄ Christus pmisit.

DE SEXTA HORA. Ca. XXXVIII.

s Extā autē hora. Christus in ara crucis ascendit
eterno patri semetipsum offerens. vt nos a po-
testate inimici. & a perpetua morte liberaret.
atq; ideo conuenit. vt ea nos hora orantes & dep̄cātes
in eius laudibus inueniat qua ipse nos per suam passio-
nem ad vitam eternam restaurauit.

DE NONA HORA. CA. XXXIX.

n Ona itaq; hora inde cōsecratur. quia in ea dñs
p inimicis postulans. in manu patris spiritum
cōmendauit. qua videlicet hora. fideles. quosq;
oportet vt se domino cōmendent. cum deuota oratiōe
qua caput suū cognoscūt. ppriam animā patri cōmen-
dasse. vt in eius corpus adunati. cum ipso in regnum
eius possint intrare.

DE VESPERTINA HORA. Ca. XL.

v Esperinum officiū in diurnę lucis occasu est.
Deniq; hoc tempore veterū sacrificia offerri.
adoleriq; altario aromata & tus mos erat. Cui
rei testis est Dauid dicens. Dirigatur oratio mea sicut
incensum &c. In nouo quoq; testamento. eo tēpore dñs
& saluator noster. canātibus apostolis. mysterium sui
corporis & sanguinis in inicio tradidit. vt tempus ipm
sacrificij vesperū ostenderet seculi. Proinde in honorē
ac memoriā tantorum sacramentorū. in his tempo-
ribus. adesse nos docet conspectibus dei. & personare

in eius cultibus. orationem nostram illi sacrificiū offerentes. atq; in eius laudibus pariter exultantes.

DE COMPLETORIO. Ca. XLI.

d E completis autem celebrādīs. etiam in patrū inuenimus exemplis. Dauid propheta dicēte Si ascendero in lectū strati mei &c. que res nos debet fortiter admonere. vt si ipsi locus dñi esse volumus. & tabernaculū eius. ac tēplū cupimus habere. inquātum possumus. exempla sanctorū imitemur. ne nobis dicatur quod legitur. Dormierunt somnū suū. & nihil inuenerunt & reliqua. Circa duodecimā autē horam. idest in fine diei. quod huius officij tempus est credimus saluatoris corpus positum esse in sepulchro At proinde istius quoq; cursus. solēnis debet esse celebratio. atq; magnopere postulare debemus. vt ipse q; hac hora quietem sepulchri intrauit nobis eternam requiem in cælis condere dignetur.

DE NOCTVRNIS VIGILIARVM. Ca. XLII.

d E vigiliarum quoq; nocturnaliū celebratione. antiqua est institutio vigiliarū. deuotio & familiare bonum est omnibus sanctis. Vnde ppheta dicit. Denocte vigilat spūs meus ad te domine. quia lux precepta tua sunt domine super terrā. Item Dauid dicit. Mediā nocte surgebam ad confitendum tibi. super iudicia iustificatōnis tue. Vnde oportet his horis psalendi orādīq; frequentiā nos in sanctis habere officijs. finemq; nostrum vel si aduenerit sub tali actu expectare securos. Iste est autem Catholicus ordo diuinariū celebrationum. qui ab vniuersa ecclesia Christi in cōmutabiliter seruatur.

DE LEGITIMIS ORATIONIBVS. Ca. XLIII.

c iij

Vnt & alię legitime oratiões. que sine vlla ad-
s monitione debentur. ante inceptiõẽ alicuius
operis. domini adiutoriũ postulantes. Nec enĩ
debet christianũ aliquod opus incipere. anteq̃ studeat
deum in auxilium aduocare. quia ipse dixit. Sine me
nihil potestis facere. Sed et prius nõ cibum fumere. q̃
interposita oratione. quia priora sunt celestia quã ter-
rena. Similiter aut̃ & post cibum orare cõuenit. vt dño
pro suis donis gratię referantur. vt illud psalmistę cõ-
pleatur dictũ. Edent pauperes & saturabuntur.

DE PECVLARIBVS ORATIONIBVS. c. XLIII

Eculiãres aut̃ oratiões purę & frequẽter face-
p re bonũ et laudabile est. quia multorũ exẽpla
illud nos facere suadent. Et ipse dñs suo magi-
sterio hoc nos docere dignatus est dicens. Tu autẽ cũ
oraueris. intra in cubiculũ. & clauso hostio. ora patrẽ
tuũ. & pater tuus qui videt in abscofo reddet tibi. Sed
& hoc non clamosa voce faciendũ est sed cũ intẽtione
cordis & cõpunctiõne lachrymarum. quia hoc modo
nos exaudiri a domino credimus.

DE Q^uADRIPERTITA SPECIE ORATIONVM: Ca. XXXXV.

Rationũ ergo species apostolus quadripertita
o oratione distinxit. ita dicẽs. Deprecor itaq̃ pri-
mo oĩm fieri obsecratiões. orationes. postula-
tiones. gratiarum actiões. Obsecrationes itaq̃ sunt
implorationes siue petitiones pro peccatis. quibus vñ
pro presentibus. vel pro præteritis admissis suis vnus-
quisq̃ compunctus veniam deprecatur. Oratiões sunt
q̃bus aliqd offerimus. siue vouemus deo. verbi gratia
Oramus. cũ renũctiãtes huic mdo. et actibus atq̃ con-
uersatiõĩ mũdane. spõdemus nos tota cordis intẽtiõe

domino seruituros. Oramus cum promittimus nos purissimam corporis castitatem, seu immobilem patientiam exhibituros esse perpetuo, uel cum de nostro corde, irradices, siue tristitiae mortem operantis, uouemus nos funditus eruere. Postulationes quas pro alijs quoque, solumus emittere, uel pro charis scilicet nostris, uel pro totius mundi pace, poscentes pro omnibus hominibus, pro regibus, & pro his qui in sublimitate sunt supplicamus. Gratiarum actiones quas mens uel cum propteritadei recolit beneficia, uel cum presentia complectitur, siue in futurum quae et quanta praeparauit hijs deus, qui diligunt eum prospicit, ineffabiles domino gratias refert.

DE EXOMOLOGESI IDEST CONFESSIOE
Ca. XXXXVI.

Exomologesis, εξομολογησις, graeco uocabulo dicitur, quod latine confessio interpretatur, Cuius nomis duplex significatio est, aut enim in laude intelligitur confessio, sicut est, Confiteor tibi domine pater caeli et terrae, aut in denudatione peccatorum, cum quisque deo confitetur sua peccata, ab eo indulgentia, cuius indeficiens est misericordia, Ex hoc igitur graeco uocabulo exprimitur & frequentatur Exomologesis quod delictum nostrum domino confitemur, non quidem ut ignaro, cuius cognitioni nihil occultum est, Vnde per sapientiam dicitur, Qui abscondet scelera sua non diriget qui autem confessus fuerit, et dereliquerit ea, misericordiam consequetur, Itaque exomologesis, prosternendi & humile faciendi hominibus disciplina est, habitu uili atque uictu gracili, sacco et cinere corpus incuruare ac fordibus obscurare, animum mœroribus deicere, illi qui peccant tristitia tractatione mutare.

DE LETANIA, Ca. XXXXVII.

1 Letania, Λιτανεια, autem graeco noie appellantur.

que latine dicuntur rogationes. siue supplicationes.
Letanię vero dicuntur. propter deum rogandum. &
impetrandam magnā eius misericordiā. Inter letanias
vero & exomologesin hoc differt. quod exomologesin
ex sola confessiōe peccatorum agitur. Letanię vero
inducunt. p plurimis necessitatibus deū supplicādū

DE IEIUNIO.

Ca. XLVIII.

i Ieiunium res est sancta. cæleste opus. ianua
regni. forma futuri. quod qui factę agit. deo
iungitur. alienatur mūdo. spiritualis efficit.
Per hoc enī prosternuntur vicia. humiliatur
caro. diaboli tentamenta vincuntur. Ieiunio nomen est
inditum ex quadam parte viscerum tenui semp & vacua.
quod vulgo ieiunum vocatur. vnde ieiunij nomē
creditur deriuatum. quod sui inedia viscera vacua &
exinanita existant.

QVID SIT INTER IEIUNIVM ET STATI- ONEM.

Ca. XXXXVIII.

i Ieiunium indifferenter cuiuslibet diei est ab-
stinētia. non per legem. sed secundū ppriā
volūtātē. Statio autē est obseruatio statutorū
dierū vel tēporū. Dierum. vt quartę feriæ.
& sextę. ieiunium ex vetere lege preceptum de qua
statione. in euangelio dixit ille. ieiuno bis in sabbato
idest quarta & sexta sabbati. Temporū autem que
legalibus ac prophetis institutionibus terminatistē-
poribus statuta sunt. vt ieiunium quartī. & ieiunium
quinti. septimi. & decimi. vel sicut in euangelio dies
illi in quibus ablati sunt sponsum. vel sicut obseruatio
quadragesimę. que in vniuerso orbe institutiōe apo-
stolica obseruatur circa cōfinium dominicę passionis.

DE QVADRAGESIMALI IEIUNIO.

Ca. L.

p Rīmū enim ieiuniū, quadragesima est, quod a veteribus libris cœpit ex ieiunio Moyſi & Heſie, & ex euangelio. quia totidem diebus dñs ieiunauit, demonstrans euangelium non dissentire a lege et prophetis, in persona quippe Moyſi lex, in persona Heſie prophetę accipiuntur. Inter quos in mōte Christus glorioſus apparuit, vt euidentius emineret, quia de illo dedit apostolus testimoniū, habens a lege & prophetis.

DE IEIUNIO PENTECOSTES.

Ca. LI.

s Ecundum ieiunium est, quod iuxta canones post ascensionē domini, alia die inchoat. Post resurrectionem enim suam dominus quadraginta diebus cum discipulis suis legitur conuersatus, et ideo nō oportere ieiunare, nec lugere, quia in lætitia summa. Postea vero quam Christus ad cælum euolās, corporali presentia recessit, tunc indicendum est ieiunium, vt per cordis uilitatem, & abstinentiam carnis mereamur e cælis accipere spiritum sanctū. Bene igit, & regulariter hoc ieiunium pentecostes, a patribus constitutum est inchoare, vt gaudio promissi spiritus sancti, exultātes in laudibus dei, aduentū ipsius expectemus, & tunc per eius gratiā innouati ac zelo spiritali inflammati, abstinentię & ieiunio operā demus. Tamen si qui monachorum vel clericorum ieiunare cupiunt, nō sunt prohibendi, quia & Antonius & Paulus & ceteri patres atiqui his diebus in heremo legūt abstinuisse, nisi tantum die dominico.

DE IEIUNIO ANTE NATALEM DOMINI.

Ca. LII.

t Hercium ieiunium est, qd cōstat in mense nouembri, qd diuina auctoritate institutum vel iniciatum Hieremie pphete testimonio declaratur, dicentis. Et factum est in mense nono, p̄dicauerunt ieiunium in

consp̄ctu domini. omni populo in Hierusalem. Hac
igitur die. scripturę autoritate ecclesia morem obti-
nuit. & uniuersale ieiuniũ hac obseruatione celebrat.
Congrua itaq; dispositione. a magistro ecclesię hoc
loco ieiuniũ quadragesimale fieri constitutum est. ut
ante diem natalis dñi ieiunio et abstinentia nosmetip̄os
castigemus. quatenus uenientẽ redẽptorẽ. digna cõ-
uersatione suscipere possimus. Preter hæc autem &
alia legitima tempora ieiuniorũ sunt. sicut est omnis
sexta feria. quę propter passionem domini a fidelibus
ieiunatur. & Sabbati dies. quę a plerisq; p̄pter q̄ in eo
Christus iacuit in sepulchro. ieiunio cõsectus habet̄.
DE IEIUNIO QUATTUOR SABBATORVM

Ca. LIII.

Vnt quoq; quattuor Sabbata. in quattuor men-
sibus. i. in Martio mēse. primo sabbato. ieiunia
constituta. & officia hīs diebus maiora orati-
onum & lectionũ in ecclesia celebrantur. & est uerni
temporis. Secundũ autem ieiuniũ pentecostes. estatis
tempore quando panes primitiã offerbant. Tercium
est in septimo mense. autũni uidelicet tempore. in quo
& σκηνοπηγια Scenophegia fuerũt. i. tabernaculoꝝ.
veteres dedicatiões celebrabãt. Quartũ uero est ieiun-
niũ Sabbati. in decimo mēse ante diẽ natalis dñi. q̄ndo
uenturi saluatoris in sacris lectionibus prædicat̄ aduẽ-
tus. cũ meditamine sanctarũ orationũ. & sacro ieiunio
confirmati. natiuitatẽ nostrĩ redẽptoris læti expectãt.
Hęc autem quattuor sabbata in eadẽ hebdomada. sc̄p̄
quarta & sexta feria legitima fieri exempla præceden-
tium patrum confirmant. In his uero ordinatiões fieri
oportet. presbyterorũ diaconorũq; & ceterorũ ordinũ
mistrorũ. Officium autẽ horũ quattuor sabbatoꝝ vulgo
duodecim lectiones uocãt. eo quod cũ lectionibus et cũ
psalmis q̄ cãtant̄. duodenarius numerus adimpletur.

DE PRIVATIS IEIUNIIS.

Ca. LIII.

Reterea unicuique licet, ut libet, ieiuniorum more
 p habere, seu in ediam extendere, seruata per oibus
 constitutione legitimum ieiuniorum, quam supra
 memorauimus, que generaliter facta & applica seruat
 ecclesia, Nec non et illa oimodo custodire oportet unum
 quemque communiter, siue pro tribulatione, siue per gratiarum
 actione, ut proprius ecclesie mandat episcopus, Quia
 qui constituta atque demandata ieiunia seruare neglexe-
 rit, peccat, qui autem expletis legitimis priuata superex-
 penderit, propriam mercedem habebit.

DE BIDVANO ET TRIDVANO IEIUNIO.

Ca. LV.

Iduanum autem morem ieiunij, reor inde sumptum
 b tum, quod apostoli ieiunauerunt illo biduo, quo
 dominus passus ac sepultus est, Triduanis igitur
 ieiunare, ab exemplo productum est Ninuitarum, qui
 damnatis pristinis vicijis, totos se tribus diebus ieiunio
 ac poenitentiae contulerunt, & operati faccis, deum ad misere-
 ricordiam prouocauerunt, Sed illius solummodo ieiunium
 deo acceptabile est, qui sic ieiunat.

DE ESV CARNIVM.

Ca. LVI.

Arnes autem et vinum post diluuium hominibus
 c sunt in usum concessa, postea vero per Noe data
 sunt in esum cuncta animalia, unicuique attributa
 est licentia, Non ergo quia carnes male sunt, prohibentur,
 sed ideo quia earum epule, carnis luxuriam gignunt
 & fomes ac nutrimentum est omnium viciorum, Et ideo,
 Paulus apostolus loquitur, Bonum est non manducare carnem,
 & non bibere vinum, & iterum, Qui infirmus est, holus
 manducet, Autum quoque esum, credo inde a patribus
 promissum esse, eo quod ex eodem elemento, de quo
 et pisces creati sunt, d

DE ELEHEMOSYNARVM DIFFERENTIA.

Ca. LVII.

Leemosyna. ελεημοσυνη. au tē grecū vocabulū.
 c latine interprať misericordia. siue opus misericordię siue miseracionis. inde vt reor dicta. qđ miseria humanę infirmitatis cor siue animum pulset. Sūt eleemosynarū species plurimę. Eleemosynam facit qui fratri suo in se deliquēti peccata dimittit. Eleemosynā facit qui peccantem & prauis operibus insistentē aliquo modo. siue per admonitionē. siue per disciplinā corrigit. siue etiam per excōmunicationē a peccatis et vicijs coercere studet. Eleemosynā facit. qui errantem in viā veritatis reducit. Eleemosynā facit. qui indoctū docet. qui verbum dei pximis suis predicat. Eleemosynā facit. qui victū & vestimentū prebet indigētibus. qui hospitio suscipit qui infirmos visitat. qui in carcere & in tribulationibus constitutis. de bonis suis sumministrat. qui ad mortē & ad supplicia destinatos eruere non cessat. Omnia enī bona opera quę in hac presentī vita iustus quisq; operatur. hoc vno nomie cōprehēdi possunt. Nec solum utiq; in alijs homibus. sed etiam in nobis metipsis eleemosynas facere possumus. cū nos a peccatis ad bona opa cōuertimus. a supbia ad humilitatem. a luxuriā ad cōtinentiā. a liuore & inuidiā ad charitatē & dilectionē. ab ira et disceptatione ad mansuetudinē & patientiam. a gula ad sobrietatē. ab auaritiā ad largitatē. a tristitia seculari ad spiritualē letitiā. ab acidiā tēporali ad studiū bonū. quid aliud facimus quā eleemosynam in nos metipsos impendimus? Qui primū semetipsum bonis opibus et sancta cōuersatiōe ac virtutū fructibus egere nō sinit. & deinde in qcūq; potest. siue in spiritualibus rebus. siue in corporalibus pximos suos adiuuare nō desistit. eleemosynā facit.

DE POENITENTIA. Ca. LVIII.

Oenitentibus. exemplū Iob primus exhibuit.
p q̄ndo post funera & flagella in cinere & cilicio
lamenta p̄nitentibus sumpsit. dicens. iccirco
ago p̄nitētiam in fauilla & cinere. Post hunc Dauid
nobis p̄nitentię magistrū prebuit. quādo graui vul-
nere lapsus. cū audisset a p̄pheta peccatū suū. confessi
p̄nituit. & culpā suā cōfessione & p̄nitētia sanauit.
Est autē p̄nitentia medicamentū vulneris. spes salu-
tis. per quā peccatores saluātur. per quā dominus ad
misericordiā puocatur. quę nō tempore pensatur. sed
p̄funditate luctus & lachrymarū. Nam & si quis circa
finē suū per p̄nitentiam desinit esse malus. non ideo
debet desperare. quia in termino est vltimę vitę. quo-
niā deus non respicit quales antea fuimus. sed quales
circa finē existimus. Melior tñ est quę longe ante finē
agitur. vt ab hac vita securius transeat.

DE SATISFACTIONE.

Ca. LIX.

s Atissactio aut est causas peccatorū & suggestio-
nū excludere. et vltra peccatum non iterare.
Reconciliatio vera est. quę post cōplementum
p̄nitentię adhibetur. Nam sicut reconciliamur deo.
qñ primū a gentilitate conuertimur. ita reconciliamur
qñ post peccatū p̄nitendo regredimur. Hoc ergo añ
omīa cauendū est. ne in extremis p̄nitenti. p̄nitētia
& reconciliatio denegetur. ne in desperatione pereat.
quia pietas omnipotentis dei. ad se quouis tempore
cōcurrenti succurrere valet. Vera ergo ad deum con-
uersio in vltimis positorum. mēte potius est estimanda
quam tempore. p̄pheta dicente. Quando conuersus
ingemueis saluus eris.

DE NATALI DOMINI.

Ca. LX.

n Natalis domini dies ea de causa a patribus votis
uē solennitatis institutus est. quia in ea Christus
dñ

pro redemptione mundi nasci corporaliter voluit. Hec est ergo domice natiuitatis magna solenitas. hec est diei noua & gloriosa festiuitas. aduentus dei factus ad homines. Itaque dies iste. pro eo quod in eo Christus natus est natalis dicitur. quodque ideo obseruare per reuolutum anni circulum festiua solenitate solemus. ut in memoriam reuocetur quod natus est Christus. In Betleem quoque natus est Christus. quia Betleem domus pacis interpretatur. Ex hac etiam causa credimus. in ecclesia hunc morem inuoluisse. ut in ea nocte. qua Christus creditur esse natus. sacra missarum solenia celebrarentur. ut ea hora fideles quicunque sacramentum corporis et sanguinis Christi perciperent. qua eum inter homines natum scirent. Cuius celebrationis tamen Thelesphorus papa. apud Romanos primus author extitit.

DE EPIPHANIA.

Ca. LXI.

Epiphaniae proinde festa. solenitati viri apostolici signauerunt. quod in eo est Christus proditus a stella. quando inuenerunt magi saluatorem in presepe iacentem. et adorauerunt. ei offerentes competentia munera trinitatis. aurum. tus. & myrrham regi deo atque passuro. Ideo ergo diem hunc annua celebrante sacrauerunt. ut mundus agnoscat dominum. quem elementa celitus prodiderunt. Si quidem eadem die. idem Iesus. etiam Iordanis lauacro tingitur. diuisoque celo. spiritus sancti descendens testimonio. dei esse filius declarat. $\epsilon\tau\iota\phi\alpha\chi$ $\nu\lambda\chi$. Epiphania enim graece. apparitio vel ostensio dicitur. Tribus igitur de causis. hic dies vocabulum sumpsit. siue quod tunc in baptismo suo Christus presens fuerit ostensus. siue quod ea die. sideris ortu. Magis est proditus. siue quod primo signo per aquam in vinum versam. multis est manifestatus.

DE PURIFICATIONE.

Ca. LXII.

Vrificatōnis ergo matrīs domini tempus. post
p dies quadraginta a natiuitate eius celebratur.
quia ex legis p̄cepto. hoc tempus statutū est
pariētibus fœminis. quo purificari deberēt. Hac igit̄
de causa. statuta est in ecclesia festiuitas hæc. quia ma-
trē domini secundū legem in hac die cōstabat purgari.
sed non ideo quod aliqua purgatiōe legali indiguerit.
quę dominū gestabat legis. Venit ergo mater domini
ad templū cum hostia. et obuīos habuit grandęuū Si-
meonem. & Annā multorū annorū viduam. qui bene-
dixerūt & glorificauerūt deum. Ob hāc quippe causā
eadem festiuitas. ὕπαντι. hypanti. nuncupatur. quia
predicte p̄sonę ad templū obuīā Christo aduenerūt.
deuoto corde et obsequio. ὕπανταω. hypantao. enim
gręco sermone dicitur. quod obuīo latine interpretat̄.
In ipsa igitur solēnitare. cunctus populus cū sacerdoti-
bus. Hymnis et modulationibus. gestantes Cereos in
manibus ardētes. ad honorem matrīs domini ac redē-
ptoris nostri conueniunt.

DE SEPTVAGESIMA ET XL. ET L. ET LX.

Ca. LXIII.

E Septuagesima quoq; & Sexagesima & Quī-
d ḡgesima atq; Quadragesima. Cur dñici dies añ
quadragesimalē ieiuniū sic appellanē. diuersa
multorū opinio est. Alij quoq; nescio quorū ore ducti
asseuerant. quod orientales populi nouem hebdoma-
das et gręci octo. et latini septē ieiunare soleant. & ob
hoc hīs omībus diebus. alleluia in ecclesia nō debere
cantari. Alij autem quorū ratio p̄ ceteris laudabilior
mihi esse videtur. dicūt Septuagesimā dictā esse. p̄p̄
decē hebdomadas. quę sunt ab ipso die. vsq; ad clausū
pascha. quo die alba tollunt̄ vestimenta. a nup bapti-
çatis. Porro sexagesimam inde dici posse. quia sexa-
ginta dies sunt vsq; ad mediū pascha. quod est quarta
d iij

feria paschalis hebdomadis. Quinquagesimam vero recte dictam esse, eo quod equali medio peruenit usque in diem sanctum resurrectionis. Quadragenarium etiam numerum, ita ibi positum, quod cum dominica sua concurrat ad mysticum pascha Hebræorum, quod dominus noster Iesus Christus, cum discipulis suis preparauit, & nos dicimus Cenam domini. Notandum tamen, ut per septem hebdomadas ante pascha, corpus ieiunijs castigemus, & alias septem post pascha usque in pentecosten a ieiunijs nos relaxemus, ut priorem quinquagesimam in plenitudine peccatorum nostrorum erigamus, ad promerendum misericordiam dei, & in secunda laudibus & orationibus operam dantes studeamus peruenire ad promissam spiritus sancti gratiam.

DE DIE PALMARVM, Ca. LXIII.

dies palmarum ideo celebratur, quia in eo dominus saluator noster transiens Hierusalem, super asellum sedisse prohibetur. Tunc gradus cum ramis palmarum multitudo obuiam ei, clamauerunt ozanna, bene dictus qui venit in nomine domini rex Israel. Hac autem die symbolum competentibus traditur, propter confinem dominice pasche solennitatem, vulgus autem eundem diem, Capitulationem vocant, quia tunc moris est, lauandi capita infantium, qui vngendi sunt, ne forte obseruatione quadragesime sordidata ad unctionem accederent.

DE CAENA DOMINI, Ca. LXV.

ena domini, hoc est feria quinta vltime hebdomadis quadragesime, quando dominus & saluator noster post typicum illud pascha completum, ad verum pascha transiens, mysterium corporis & sanguinis sui, primum apostolis tradidit, quando post sacramenta celestia, discipulus fallax & proditor, precium a iudeis

accepit. & Christi sanguinem vendidit. Eo etiam die saluator surgens a cena. pedes discipulorum lauit. propter humilitatis formam commendandam que docenda venerat sicut & ipse consequenter exposuit. Hinc est quod eodem die altaria. templique parietes & pavimenta lauantur. vasque purificantur. que sunt deo consecrata. & eodem die. etiam sanctum Chrisma conficitur. Eodem videlicet die poenitentes reconciliat. ut corporis & sanguinis dominici participetur. eo videlicet tempore. quo sanguis Christi in remissionem omnium fusus est peccatorum.

DE ΠΑΡΑΣΚΕΥΗ PARASCEVE. Ca. LXVI.

Arasceue id est sexta ideo in solennitate habet. p quia in eadem Christus mysterium Crucis explevit. propter quod venerat in mundum ut quia ligno percussi fuimus in Adam. rursus per ligni mysterium sanemur. huius enim causa triumphum. humana pusillanimitas. Christo per omnem mundum. celebritatem prebet summam. pro eo quod dignatus est. sanguine passionis sue seculum redimere. & peccatum mundi per Crucem deuicta morte absoluere. cuius quidem Crucis inuentionem non protulit ipsa diuinitatis substantia. sed sola suscepta humanitatis natura. Tripartita ratio dominice passionis ostenditur. prima itaque causa est. ut Christus pro reatu mundi redemptionem daretur. & hostis antiquus velut homo crucis caperetur. scilicet. ut quos absorbuerat euomeret. & predam quam tenebat amitteret. Secunda causa est. ut secuturis hominibus vite magisterium preberet. Ascendit enim in Crucem Christus. ut nobis passionis & resurrectionis preberet exemplum. passionis ad confirmandam patientiam. resurrectionis ad excitandam spem. quam sperare debemus. Tercia causa est. suscepta Crucis. ut superba seculi. & inflata sapientia per Crucis stultam (ut putatur) predicationem humiliata corrueret.

d iiii

In hac die sacramēta penitus non celebrāf. sed. ευχαριστια. Eucharistiam. in cena domini cōsecratam. pacto officio lectionū & orationū. et factę crucis salutationē resumit. Hinc traditō ecclesię. habet biduo memorata sacramenta non celebrari. sed magis sanctā resurrectionis noctem expectari. In hac die vespera cum silentio celebrāf. vt gete dñicę sepulture veneratio exhibeat.

DE SABBATO SANCTO PASCHE. ca. LXVII.

s Abbatī paschalis veneratio hinc celebrāf. pro eo. quod eadem die dñs in sepulchro quieuit. vnde & bene in Hebręo sermone sabbatū. requies interpretatur. siue quod dñs in eo quieuit die. vno. mūdo perfecto. Hęc autē dies inter mortē domini et resurrectionē medius est. signans requiem quandā animarū ab omni labore oīmque molestiarū. primo mortem ad illam vitam. quam dñs noster. ἠσοῦσ ἡγεῖσθς sua resurrectione premōstrare dignatus est. In hac die. cū omni silentio & tranquillitate oportet nos manere. & cum oratione & psalmodia sanctā resurrectionis horā expectare. Hac autē die inclinante ad vesperam. statuta celebratio noctis dominicę in ecclesia incipitur. Primū enī archidiacono bendicente Cęreū. deinde lectiones veteris testamenti. et orationū ordo peragitur. deinde letanię aguntur. quas sequitur baptismi sacramētum. post baptismū vero & letanias. sequit̄ facta missarum celebratio. & cōmunicatio corpis et sanguinis domini. Notandū autem. quod in oriētalibus ecclesijs mos sit in hac nocte. ante mediā noctem. fideles ab ecclesia non recedere. horam illam expectantes in sacris vigilijs. de qua scriptum est. Mediā nocte clamor factus est. et reliqua.

DE PASCHA DOMINI.

Ca. LXVIII.

Am vero paschale sacramētum . quod nunc in
 i saluatoris mysteriū manifestissime celebratur .
 in veteri testamento figuratiter primū gestum
 est . quādo agno occiso pascha celebrauit populus dei
 in Aegypto . Cuius figura in veritate cōpleta est in chri
 sto . qui sicut ouis ad imolandū ductus est . cuius sang
 uine illinitis postibus nostris idest cuius signo Crucis
 signatis frontibus nostris . a perditione huius seculi .
 tanq̄ a captiuitate Aegiptia liberamur . Cuius quidē
 dies paschalis resurrectionis . nō solum pro eo celebra
 mus . quod in eodem a mortuis resurrexerit . sed etiam
 & pro alijs sacramētis que p̄ eundem signant̄ . Nam
 vocabulū ipsum quod πασχα pascha dicit̄ . nō grecū .
 sed Hebraeum est . neq̄ enī a passione . quoniā πασχι
 paschin grece dicit̄ pati . sed a transitu . Hebreo verbo .
 pascha appellatum est . Quod vero anniuersarius dies
 paschalis . nō ad eundē redit diem . sicut ut puta dies q̄
 credit̄ dñs natus . hoc fit p̄pter dñicum diem et lunā .
 Manifestum est enī quo die dñs crucifixus sit . & in se
 pulchro fuerit . & resurrexit . adiuncta enī est ipsorum
 dierum obseruatio . per Nicenū conciliū . & vniuerso
 orbī Christiano persuasum . eo modo pascha celebrari
 oportere . Nam Iudei tantūdem mensem nouorum &
 lunam obseruant . Diem autē addendum patres nostri
 cēsuerūt . vt & nostra festiuitas . a Iudeorum festiuitate
 (distingueretur .

DE ASCENSIONE DOMINI.

Ca. LXIX.

Scensionis dominicę solennitas ideo celebraf .
 a quia eodē die post mundi victoriā . post inferni
 regressum . ascendere Christus memoratur ad
 celum . que festiuitas ideo per reuolutum circulū anni
 celebratur . vt humanitas assumptę carnis ascendētis
 ad dexterā patris in memoriā reuocet̄ . Cuius corpus

ita in celo esse credimus. vt erat qñ ascendit id est eadē
carnis specie & substantia. Ante hanc igif diem ascen-
sionis domini. mos est ecclesiarū occidentaliū. per tres
dies pximos ieiunium exercere. & letanias agere. et
hoc cōgrue. Nam si credimus Christū in hoc tempore
ad celos ascendisse. dignum est etiā. vt ante ascensionē
eiusdem operam demus ieiunijs & orationibus. casti-
gantes carnem nostrā & crucem eius in nobis metipīs
portantes in manibus nostris speciem Crucis eius. ita
portemus in carne nostra. similitudinē passionis eius.

DE PENTECOSTE. Ca. LXX.

Niciū sane & causa festiuitatis pētecostes .i.
i quinq̄gesimę paulo altius repetenda est. πεν-
τηκοστή. pentecoste enī dies hinc cōepit exordīū
quando dei vox in Syna monte. desup tonātis audita
est. & lex data est Moyfi. In nouo autē testamēto pen-
tecoste cōepit. qñ aduentū spiritus sancti. quē Christus
promisit exhibuit. quē ait non esse venturum. nisi ipse
ascēdisset in celum. Deniq; cū portam celi Christus in-
trasset. decem diebus interpositis. intremuit subito
orātibus apostolis locus. & descendente spiritu sancto
super eos. inflammati sunt. ita vt linguis oīm gentium
dei magnalia loquerētur. aduentus spūs sancti de celo
sup aplos in varietate linguarū diffusā. solēnitatē trans-
misit in posteros. eaq; de causa pentecosten celebraf.
et dies ipse p̄inde insignis habet. Iccirco autem totius
quīquagesimę dies post dñi resurrectionem. resoluta
abstinētia. in sola leticia celebrant. p̄pter figurā futurę
resurrectiōis. vbi iam nō labor. sed requies est leticia.
Ideoq; in his diebus. nec genua flectūt in oratiōe. quia
pōnitētię et luctus indicīū est. Vnde etiā per opa oīa
eandem in illis diebus solennitatē. quam domico die
custodimus in qua maiores nostri. nec ieiuniū agēdū.

nec genua esse flectenda. ob reuerētiam dominicę res-
urrectionis tradiderūt. Hijsq; diebus sanctis. alleluia
ppter gaudiū resurrectionis dnice assidue esse cantan-
dum in ecclesia magistri ecclesie sancuerūt. In sabbato
aut̄ sancto pasche baptismū celebrat. lectionibus vete-
ris testamēti ante recitatis. & orationibus atq; letanijs
ante pactis. sequente sancta missar; celebratiōe. Bene
quoq; sabbatū sanctū pentecostes. simili celebra-tione
sabbato sancto pasche veneratur. quia ipse vnigenitus
dei filius. in fide credentiū. et in virtute operū nullam
inter se et spiritū sanctū voluit esse distantia. quia nulla
est diuersitas in natura. Cū itaq; veritas Christus sit. &
spūs sanctus spiritus veritatis. nomēq; paraclētus vtri-
q; sit ppiū. nō dissimile est festū. vbi vnū est sacramentū.

DE DIE DOMINICO. Ca. LXXI.

d Ominicū diem. apli ideo religiosa solennitate
sanxerunt. quia in eodem redemptor noster a
mortuis resurrexit. Quiq; ideo dnicus appel-
latur. vt in eo a terrenis operibus. vel mūdi illecebris
abstinentes. tantū diuinis cultibus seruiamus. Dantes
scilicet diei huic honorem et reuerentiā. propter spem
resurrectionis nrę. quā habemus in illa. Nam sicut ipse
dominus Iesus Christus & saluator nr̄. tertia die re-
surrexit a mortuis. ita & nos resurrecturos in nouissio
speramus. Vnde etiā in dominico die stantes oramus
quod est signū future resurrectionis. & hoc agit vn̄-
uersa ecclesia. Dies igit̄ dominicus non iudeis. sed Chris-
tianis post resurrectionē dn̄i declaratus est. & ex illo
cœpit habere suam festiuitatē. Ipse est enī dies primus
qui post septem reperitur octauus dies dominicus. i.
octauus. qui & primus in festiuitate successit. Ipse est
enim primus dies seculi. in ipso formata sunt elementa
(mundi. in ipso creati sunt angeli in ipso quoq; a

mortuis resurrexit Christus . in ipso de cælis spiritus
sanctus super apostolos descendit . manna in eodē die
in eremo primo de cælo datum est .

DE FESTIUITATIBVS SANCTORꝝ. CaLXXII.

Estiuitates apostolorꝝ . siue in honorē martyrū
f solēnitates . antiqui patres in venerationis mys
terio celebrare sanxerunt . vel ad excitandam
imitationem . vel vt meritis eorꝝ cōsociemur . atq; ora
tōnibus adiuuemur . Ita tamē vt nulli martyrū . sed ipsi
deo martyrū . quāuis in memorijs martyrū cōstituāus
altaria . non enim offerimus Petro vel Paulo . sed quod
offertur . deo offertur . qui martyres coronauit . Dicūt
quidē sanctorꝝ festiuitates natalitia . . et merito . quo
modo enī consuete dicūt nasci . cum quis de vtero ma
tris . pcedens hanc in lucē egredit̄ . ita rectissime potest
natus dici . qui solutus a vinculis carnis . ad lucē subli
matur æternam . Et inde mos obtinuit ecclesiasticus . vt
dies beatorum martyrū siue confessorū Christi . qbus
de hoc sæculo transierunt natales vocitemus . eorumq;
solennia nō funebria . sed natalia dicuntur .

DE ENCAENIIS. Ca. LXXIII.

Estiuitates annuas dedicationis ecclesiarū . ex
f more veterū celebrari . in euangelio legimus .
vbi dicūt facta sunt Encēnia Hierosolimīs . Enc
cēnia quippe festiuitates erāt dedicationis tēpli . græce
enī dicitur καθιρον . caenon nouū . qñcunq; aliquid nouū
fuerit dedicatum . Encēnia vocantur . Namq; in dedica
tione templi in nocte pcedēte diem dedicationis . reli
quie sanctorum cōditē in tentorio . vigilijs custodiunt̄ .
In tempore vero dedicationis multitudine vndiq; cō
uocata . pheretrum cū reliquijs sanctorꝝ . p sacerdotes
de tentorio ad templū defertur . & infert̄ intus eas sa

cerdos. in locum suū idest in sancta sanctorū per inuocacionem nominis domini. & vocabit̄ deinceps nomē loci. dominus indicat. ponūt̄ vero duodeci lucernæ intus. iuxta parietes templi. quod exprimit duodenarium numerū ap̄tolorū & p̄phetarum. Omnes autē festiuitates. p̄ varietate religionū. diuersaq; in honore martyrum tēpora. ideo a viris prudētibus instituta sunt. ne forte rara cōgregatio populi. fidem minueret in Christo. Propterea ergo dies aliqui constituti sunt. vt in vnum omnes pariter conuenirent. ex conspectu mutuo. & fides crescat. & leticia maior oriatur. Sed quia de festiuitatibus celebrioribus. ad instructionem eorum qui in ecclesia deo deseruiūt. & populo p̄sūt. secundum sensum maiorū. iam supra diximus. de origine quoq; cātus & lectionū adhuc in p̄senti dicamus.

DE CANTICO. Ca. LXXIII.

Anticum primus oīm Moyses legi instituisse. c quādo percussa Aegipto decē plagis. & Pharaone summerso. cū populo per insueta maris itinera. ad desertū gratulabundus ingressus est. dicēs. Cantemus domīno. Deinde quoq; Delbora nō ignobilis foemina. hoc ministerio functa reperitur. Postea multos. nō solum viros. sed etiā foeminas spiritu diuino completas dei cecinisse mysteria. Canticum autē vox hūana est. Psalmus autē qui canitur ad psalterium.

DE PSALMIS. Ca. LXXV.

III Sallere autem vsum esse primū post Moysen. p Dauid prophetam. in magno mysterio prodit ecclesia. Hic enī a puericia in hoc munus. a dño specialiter electus. & cantorum princeps. psalmorūq; thesaurus p̄meruit. Illius psalteriū iccirco cū melodia cantilenarum suauium ab ecclesia frequentatur. quo
e

facilius animū ad cōpunctionem flectant. Perfecta autē
vox est. alta. clara. suauis. Alta. vt sufficiat. clara. vt au-
res adimpleat. suauis. vt animos audiētū blandiatur.
Si autē aliquid defuerit ex his. pfecta vox non erit.

DE HYMNIS. Ca. LXXVI.

h Ymnos primum eundem pphetam condidisse
ac cecinisse manifestum est. deinde et alios pro-
phetas. postea quidē & tres pueri in fornace
positi. conuocata omniū creatura. creatori omniū ca-
nentes. In hymnis itaq; & psalmis canendis. non solum
prophetarum. sed etiā ipsius domini & apostolorum
habemus exēplū. & pcepta de hac re vtilia. Hilarius
autē episcopus Pictauiensis. hymnoz carmine primus
floruit. post quem Ambrosius episcopus. vir magne
glorie. in Christo & in ecclesia clarissimus doctor. co-
pius in huiusmōi carmine floruisse cognoscit. Car-
mia autē quecūq; in laudē dei dicunt. hymni vocant.

DE ANTIPHONIS. Ca. LXXVII.

a Antiphonas grēci cōposuerunt duobus cho-
ris alternatim concinentibus. quasi duo Se-
raphim. duoq; testamenta inuicem sibi con-
clamantia. Apud latinos autē primus idem
beatissimus Ambrosius antiphonas instituit Gregorū
exemplum imitans. ex his in cunctis Occiduis regio-
nibus earum vsus increbruit.

DE RESPONSORIIS. Ca. LXXVIII.

r Esponsoría ab Italis longo tempore ante sunt
reperta. vocato hoc nomine. quia vno cantate
chorus consonando respondeat. Antea autem
illud solus quisq; agebat. nunc interdum duo vel tres
comuniter canūt. choro in plurimis respondente.

DE LECTIONIBVS. Ca. LXXIX.

Lectiones p̄nūciare antiquę institutiōis Iudeorū
 esse. nā & ipsi legitimis diebus ex lege & pro-
 phetis in sinagogis vtūtur. & hodie veteri pa-
 trum institutiōe seruantes. Est autē lectiō. non parua
 audientium edificatiō. vnde videlicet cum psallitur.
 psallatur ab omnibus. cum oratur oratur pro omnibus.
 cum legitur. factō silentiō audiatur a cunctis. cum vo-
 lueris orare priuati sub obtentu orationis ne p̄dideris
 lectiōnem. quia nō semper eam quilibet paratā potest
 habere. Quicumq; enim legendi officium decenter &
 rite pagere vult. doctrina et libris debet imbutus esse.
 sensuq; ac verborum sententiā perornatus. ita. vt in
 distinctiōibus sententiarum intelligatur. vbi finiatur
 iūctura. vbi adhuc pendeat oratiō. vbi sententiā extre-
 ma claudatur. discernendo genera p̄nūciationū. atq;
 exprimendo p̄prios sententiarū affectus. modo voce
 indicantis simpliciter. modo dolentis. modo impātis.
 modo increpantis. modo exhortantis. modo miseran-
 tis. modo p̄cunctātis. His similia. secundū genus p̄prie
 pronūciationis exprimenda sunt. Inter percūctationē
 & interrogatiōem hoc interest. q̄ ad p̄cūctatiōnē mul-
 ta responderi possunt. ad interrogatiōem vero aut non
 aut etiā M̄tē enī sunt dictiones. quę solūmodo accētū
 discerni debent a p̄nunciante. ne in sensu earū erratur.
 Sed hęc a grāmaticis discere oportet. porro vox lectio-
 ris. simplex esse debet. & clara. & ad omne genus p̄o-
 nūciationis accomoda. plena succo virili. agrestem &
 rusticum effugiēs sonum. non humilis. nec adeo sub-
 limis. nec fracta. non tenera. nihilq; fœmineū sonans.
 non habens inflata vel anhelantia verba. non in faucibus
 stridentia. nec oris inaniate resonantia. nec aspe-
 ra stridentibus dentibus. non inhiantibus labijs pro-
 (lata. sed pressim. & aequaliter. & leniter. & clare.

pronunciata. vt suo quodq; verbum legitimo accentu
decoretur. ne ostentationis causa frangat oratio. Corp
poris quoq; motum impudentē habere non decet. sed
grauitatis speciem. auribus enī consulere debet lector.
non oculis. ne potius ex ipso. expectatores magis quā
auditores faciat.

DE SACRIFICIIS PRO DEFVNCTIS. c. LXXX:

sacrificium pro defunctorum fidelium requie
offerre. vel pro eis orare. quia per totū orbem
custoditur. credimus quod eo ipsis apostolis
traditum sit. Hoc enī videlicet catholica tenet ecclesia.
que nisi crederet fidelibus defūctis dimitti peccata. nō
pro eorū spiritibus vel eleemosynā faceret. vel sacrifi
cium deo offerret. Et cum dñs dicit. Qui peccauerit in
spiritū sanctū. nō remittetur ei. neq; in hoc seculo. neq;
in futuro. Demonstrat quibusdam illic dimittēda pec
cata. & quibusdam purgatorio igne purganda. Ergo
vt in libris dialogorum sanctus Gregorius narrat. &
Beda magister in gestis Anglorū. frequēter exemplū
ostensum. & visione reuelatum. animabus defunctorū
multum prodesse oblata pro eis sacrificia scimus. Et in
quodam loco. dictū est a sanctissimo Augustino. Des
functorū animas sine dubio pietate suorū viuentium
releuari. cum pro illis sacrificiū offerretur. vel eleemo
syne fiūt. Si tamē aliquid sibi quisq; meritū pparauerit
dum adhuc in corpore viueret. pro quo ista p̄sint. que
cūq; pro illo fiunt. Nam nō omnibus p̄sunt. nisi p̄pter
differentiam vitę. quam quisq; gessit in corpore. Nam
pro valde bonis gratiarum actiōes sunt. pro non valde
bonis & p̄ non valde malis p̄piciatiōes sunt. pro valde
malis et si nulla sunt adiumenta mortuorū. qualescūq;
aut viuorū cōsolationes sunt. quibus aut p̄sunt. aut ad
hoc p̄sunt. vt sit plena remissio. aut certe tollerabilior
fiat ipsa damnatio.

DE LIBRIS TESTAMENTORVM, Ca. LXXXI.

Ronūciantur autē lectiones in Christi ecclesijs,
 p de scripturis sanctis. Cōstat autem sacra scrip-
 tura, ex veteri lege & noua. Vetus lex illa est,
 que data est primum iudeis per Moysen & prophetas
 que dicitur vetus testamentum. Testamentum autem
 dicitur, quod idoneis testibus, utiq; a pphetis & scriptū
 est atq; signatum. Noua vero lex euangelii est, quod
 dicitur nouū testamentum, quod per ipsum filium dei
 Iesum Christum & per suos apostolos dedit. Ipsa lex
 vetus, velut radix est, hęc noua velut fructus ex radice
 Ex lege enī veni ad euāgelii qd dicitur nouū testa-
 mētū. Si quidē Christus qui hic māifestus est, atē legē
 p̄dictus est, imo ipse locutus in pphetis, sicut scriptū
 est, qui loquebar ecce assum, legem quidē promittēs
 velut infantibus padagogū, euangelium vero p̄fectū
 vitę magistrum, iam adultis omnibus p̄stans. Ideo in
 illa operantibus bona terre promittebantur, hęc vero
 sub gratia ex fide viuētibus, regnum cęleste tribuitur
 euāgelion. Euāgelii enī dicitur bonū nūciū et reuera
 bonū nūciū, vt qui illud susceperit, filij dei vocent. Hi
 sūt enī libri veteris testamēti, q̄s legēdos recipiēdosq;
 ecclesiarum principes tradiderūt, ob amorē doctrine
 & pietatis. Primi nanq; legis Moyse libri quinq; sunt
 εξοδος, Exodi, γενεσις, Genesis, Leuitici, Numeri, λευ-
 τερονομιος, Deuteronomij, Hos sequūt historici libri
 sexdecim, Iesu naue, scilicet & Iudicū, libri singuli, siue
 Ruth, Regum etiam libri quattuor, παραλειπωμηνον,
 Paralipomenon duo, Tobie quoq; & Hester & Iudith
 singuli, Ezdre duo, & Machabeorum duo, Super hos
 sexdecim libri prophetici sunt, Isaias, Hieremias, Eze-
 chiel, & Daniel, duodecimq; prophetarum, libri sin-
 guli, & hęc quidem prophetica sunt, Post hęc rursum
 e iij

octo libri habentur idest Iob liber. & liber psalmodum
& prouerbiorum. & Ecclesiasten & Canticorum. siue
Sapientie & Ecclesiasticus. Lamentationesq; Hieremie.
Sicq; complentur libri veteris testamenti. Quadrage-
ta quique. Noui autem testamenti. primum quattuor
Euangelia sunt. Matthei. Marci. Lucę. & Ioannis. Hos
quattuordecim Pauli epistolę sequuntur. quibus etiã
subiunctę sunt Septem Canonicę epistolę. Iacobi. Pe-
tri. Ioannis & Iudeę. Actus quoq; duodecim apostolorę
quorum omnium signaculum est. $\alpha\pi\omicron\upsilon\alpha\lambda\upsilon\tau\iota\varsigma$. Apo-
calypsis Ioannis. quod est reuelatio Iesu Christi. qui
omnes libros & tempore concludit & ordine. Hi sunt
libri Canonici septuaginta duo. Et ob hoc Moyse. lxxii.
elegit presbyteros. qui prophetarent. ob hoc etiã dñs
noster Iesus Christus. Septuaginta duos discipulos
predicare mandauit. Et quoniã septuaginta duę lingue
in hoc mundo erant diffu se. cõgrue prouidit spiritus
sanctus. vt tot libri essent. quot natiões. quibus populi
& gentes ad p̄cipiendam fidei gratiam edificarẽtur.

DE BENEDICTIONIBVS.

Ca. LXXXII.

Sus quoq; ecclesie. multiplices benedictiones
in diuersis rebus habet. Benedicitur oleum. ex
Apostolica autoritate. ad infirmorum medi-
camentum. Iacobo apostolo precipiẽte. Infirmaĩ quis
in vobis. & reliqua. Sal quoq; benedicitur & aqua. in
diuersos vsus fidelium. ad homines infirmos. contra
phantasiam inimici. & peccatorũ sanitatẽ. ad morbos
aufferendos. & cetera. Et hoc constituisse legĩ. Alex-
ander papa & martyr. septimus post Petrum. aquę as-
persionem cum sale benedici in habitaculis hominũ.
Quod autẽ sal sanctificatũ aquę immittitur. ex diuina
autoritate processit. qui illud per Helicẽum in fonte
mitti iussit. vt sanaretur sterilitas aquarũ. Natura salis

& natura aque vicina & coniuncta est, quia eiusdem
elementi ambo sunt, et idem officium signatione habet.
Nam aqua a sordibus mundat, Sal putrediem purgat.
Aqua nitorem prebet, Sal synceritatē adhibet, Aqua
potum sapientem signat, Sal gustum prudentiē indicat,
quod scilicet, sacrorum librorum satis testatur autho-
ritas, & multiplicia produunt testimonia, Fit enim hic
mirabilis operatōnis diuine effectus, vt per sacerdotū
ora, deus ipse benedicat, & per sensibile eorum minis-
terium, virtus diuina inuisibiliter efficiat sacramentū.
Sicq; fit, vt charitas que exhibet in sacerdote depreca-
tionem, ipsa preestet a domino integram sanitatem.

DE SYMBOLO. Ca. LXXXIII.

Ymbolum tali ratione institutū maiores nostri
tradunt, quod post ascensionem domini, et sal-
uatoris nostri ad patrem, cum post aduentum
spiritus sancti discipuli eius inflammati, linguis omniū
gentium loquerentur, quo presagio cōsecutum est, vt
nulla illis gens externa, nulla lingua Barbaris inaccessa
vel inuia videretur, preceptum eis est a domino datū,
ad predicandum dei verbum, ad singulas quascq; natis-
ones adire, Discessuri itaq; ab inuicem, nor mam prius
sibi future predicatōnis in cōmuni cōstituūt, ne locas-
liter ab inuicē discedentes, diuersum aliqd vel dissonū
predicaretur, his qui ad fidem Christi inuitabantur,
Omnes igitur in vno positi cœnaculo et spiritus sancto
repleti, breue sibi predicatōnis indicium, conferendo
in vnum que sentiebant componūt, Atq; hanc creden-
tibus dandam esse regulam statuunt, Symbolum autē
hoc multis & iustis & sanis causis appellare voluerūt,
συμβολον, Symbolum enī græce, & indicium dici potest
& collatio, hoc est quod plures in vnum conferūt ita
fecerūt apli, in his sermōibus, in vnū conferens vnus
e iij

quisq; quod sensit. Indicium autem vel signum iccirco dicitur. quia illo tempore. sicut Paulus apostolus dicit & in actibus apostolorum referunt. multi simulabant se apostolos Christi esse. nominantes quidem Christū sed non integris traditionum lineis nūciantes. Iccirco ergo illud indicium posuere. per quod agnosceretur ille. qui Christum vere secundum apostolicas regulas p̄dicaret. Est autem Symbolum signum. per quod agnoscitur deus. quodq; proinde credentes accipiunt vt nouerūt. qualiter contra diabolum. fidei certamina p̄parent. In quo quidem pauca sunt verba. sed om̄ia continentur sacramenta. De totis enim scripturis. hęc breuiatim collecta sunt ab apostolis. vt quandoq; plures credentes. litteras nesciunt. vel qui sciunt. p̄ occupatione sæculi scripturas legere nō possunt. hęc corde retinentes. habeant sufficientem sibi scientiā salutarē. Est enim breue fidei verbum. & olim a propheta p̄dictum. quia verbum breuiatū faciet dñs sup̄ terram.

DE FIDE. Ca. LXXXIII. ET VLTIMUM

h Aec est autem post apostolicum symbolum certissima fides. vt profiteamur patrem & filium & spiritum sanctum. vnus essentia; eiusdēq; potestatis & sempiternitatis. Vnū deum inuisibilem. in singulis personarum proprietate seruata. nec substātialiter trinitas diuidi. nec personāliter debeat omnino confundi. Patrem quoq; confiteri ingenitū. filium vnigenitū. spiritum autē sanctū nec genitum nec ingenitū. sed ex patre & filio procedentem. Filium a patre nascendo procedere. spiritū vero sanctū procedēdo nō nasci. Ipsum q; filium perfectū ex virgine sine peccato hominē suscepisse. vt quē sola bonitate creauerat. spōte lapsū misericordie repararet. quē veracit̄ crucifixū. et tercia die resurrexisse credimus.

& cum eadem ipsa carne glorificata ascendisse in celſū
in qua & ad iudicium viuorum & mortuorū expectat
uenturus. Hęc est catholicę fidei vera integritas, de
qua si vnū quod libet respuatur, tota fidei credulitas
amittitur. * ΤΕΛΟΣ *

Laus deo Castęę matri.

Meminisse te velim lector, non omnia affecutos nos,
pro Rabani dignitate in cōmittendis capitibus, ppter
libelli oblīteratam vetustatem & archetypi prope in-
eruditam cōscriptionem, fecimus tamen pro charitate
quantum potuimus. Nam non omnes in tunica Iouis
tauro, sed quidā penulati lacte litant, & eo forte quod
gratius est. Vale. Impressum Phorce per Thomā
Anshelmi de Baden. III. Caleñ, Octobris, Anno.
* M. D. III, *

Actum in loco legitime constituto
die 12. mensis Junii anno 1712.
Johann Baptistus de Wittenberg
Scripsit.

Laus dei Omnipotentis.

In nomine domini Amen. Nos Johannes Baptistus
de Wittenberg, Notarius Publicus, testor et
certifico, quod in praesenti legitime
constituta Curia, die 12. mensis Junii
anno 1712. legitime constituta Curia,
Johann Baptistus de Wittenberg, Notarius
Publicus, legitime constituta Curia,
Scripsit.





